¶Libri fratris Hieronymi de ferraria ordinis predicatorũ de sim plicitate Chri- stiane vite.

Venundantur ab Joanne paruo Hen
rico iacobi ⁊ ipsorũ impressore Ascensio



Rater Hieronymus seruus Jesu christi
inutilis electis dei florentie ⁊ vbiq3 com
morantibus gratia vobis ⁊ pax: que su-
perat oēm sensum. Benedictus deus et
pater dñi nostri iesu christi: qui illumina-
uit tenebras mentis nostre: ⁊ viā sue veritatis no-
bis ostendit: pro qua ⁊ cōtumelias ⁊ persecutiones
pati etiā nobis donauit. Nihil em̄ excellētius q̄ ꝓ
noīe iesu contumeliā pati. Et q̄uis veritatis via: ꝑ
quam nos ad celestem beatitudinē ducit: sit in scri-
ptura sacra a spiritusancto mirabili modo descri-
pta ⁊ sanguine christi ⁊ innumerabiliū martyrū con
firmata: atq3 doctrina sancte romane ecclesie ⁊ ex-
cellentissimoꝝ doctoꝝ sufficiētissime declarata. Tē
poribus tamen nostris vel negligentia: seu contē-
ptu: diligētibus hoībus magis tenebras q̄ lucem:
vel malicia animos hoīm excecante: vel tepiditate
sensus scripturarū deprauante: vel consuetudine le
gendi sine gustu intellectum obnubilante: cogni-
tio hec videtur prorsus extincta. Hinc ergo predicā
tibus nobis christi veritatem ⁊ simplicitatē: quidā
quasi de graui somno euigilantes: ei constantissime
adheserunt. Quidam vero consuetudinem cerimo-
niarum suarum absq3 interioris cordis purgatione
more iudeorum relinquere nolentes: simplicitatez
christi despexerunt: ⁊ contra nos continue pugnan
tes per domos discurrunt: et simplices totis viri-
bus corrumpere contendunt. Alij vero contrariuz
suis prauis moribus vniuerso orbi manifestis veri-
tatem audire nō valentes: nō lingua tantū: sed eti-
am gladio nos persequūtur. Itaq3 quia multi sunt

vocati:pauci vero electi:⁊ multi sunt veritatis inimi
ci:pauci vero amici:sciens vbiqꝫ esse plurimos hu-
iusce veritatis ⁊ simplicitatis Christi laceratores
⁊ paucos defensores:ne cõtra tot ⁊ tam prauos:as
siduosqꝫ impugnatores animi vestri in bello defici-
ant:ea que de veritate ⁊ simplicitate christiane vi-
te publice predicaui vobis etiã scriptis breui ꝯpen
dio tradere volui. Tepidi enĩ ⁊ peruersi hoĩes cum
non audeant veritatem nudam puramqꝫ quam vo
bis predicauimꝰ:aperte impugnare:eo ꝙ tanta est
vis veritatis:vt etiam capitales inimici eiꝰ erube-
scant contra eaꝫ manifeste certamen inire conãtur:
⁊ hic:florẽtie ⁊ vbiqꝫ dicta nostra deprauare:⁊ ad sẽ
sus falsos trahere:⁊ ꝓ libito eis addere ⁊ minuere
vt non veritati:sed falsitati ⁊ praue doctrine videã-
tur inimici. Ut ergo ceruicem eorum durissimã retẽ
dere:⁊ veritatẽ vel a meipso vel ab aliȷs:qui me au
dierunt intellectã memorie retinere ⁊ defensare va
leatis:libelluꝫ hunc de simplicitate christiane vite
edere curaui. In quo potius ratiõe naturali ꝙ̃ scri
pturarum diuinaruꝫ auctoritate ꝓcedere conabor
Tuꝫ ꝓpter incredulos ⁊ huius seculi sapiẽtes phi
losophos videlicet ⁊ oratores:poetas qꝫ:⁊ cete-
ros inflati intellectus:⁊ qui vitã christianaꝫ superstitionem:⁊ simplicitatem eius stultitiam arbitrã
tur. Tũ ꝓpter huius infelicissime etatis nostre con
ditionẽ:in qua adeo fides defecit:⁊ adeo lumen su-
pernaturale in hominibus extinctum esse videtur:
vt discernere nequeam an hi qui se firmiter credere
fatentur potius opinione quadã ducti tanꝙ̃ a pue
ritia sic nutriti.a vero lumine fidei supernaturali

ea que ad fidem christianam pertinent vera esse cõfirment. Cu3 cũ refrixerit charitas τ operum bonorum fructus nõ appareat de fide christianoꝝ q̄d hodie dixerim: ambigo: quia vero lumen naturale in homine deficere non põt: si ratione naturali a nobis ꝓcedatur. conuincetur saltem intellectus eorũ et intelligent vitam christianam esse veritatem: et simplcitatem non esse stultitiam: sed dei sapientiã: et forte tandem a detractione quiescent. Confido autem in domino Jesu q nihil contrariu3 sacre scripture nec dictis sanctoꝝ doctorum: nec doctrine sãcte Romane ecclesie: cuius correctioni me semper subieci τ subijcio: inuenietis in eo: sed plenã veritate3: que de celo descendit ad patres nostros: qui eã vbiq3 predicauerunt: et signis atq3 prodigijs confirmatam etiam in scriptis nobis reliquerunt. Ad laudẽ et gloriã dñi nostri Jesu christi qui cũ patre τ spiritusancto est vnus deus benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Fratris Hieronymi de Ferraria ordinis predicatorum proemium in libros de simplicitate Christiane vite.

Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum: qm̃ inuenitur ab his qui non tentant illum. Apparet aũt eis qui fidem habent in illũ. Principiũ nostre salutis est deum cognoscere τ de deo bene sentire. Sicut autem lingua febricitantis infecta nequaq̃ potest de vino certũ dare iudi

eiuz:ita nec spiritualis sensus peccatoris potest de
deo recte sentire. Bene ergo in principio sermonis
sui sapiētia increata nos hortatur dicens. Sentite
de domino in bonitate. Et quia non sufficit de deo
bene sentire: nisi etiam ipse passibus simplicis ꝛ sin
ceri amoris queratur: recte subiungitur. Et in sim-
plicitate cordis q̄rite illū. Q̄r v̄o amor latere in cor
de omnino non pōt: sed sicut vapor in nube querēs
exitum huc illucq̄ tam diu murmurando discurrit
donec cū sonitu egrediatur de nube. Ita amor dei p
opa exire contēdens: laborare nō cessat: donec pfici
atur opus eius. Qui ergo deū sine operibus inue-
nire se credit: eū profecto tentat: ꝛ stulto labore cō-
sumitur. Quoniā inquit. Inuenitur ab his qui nō
tentāt illū. At quoniā Deū inuenire est eius faciē
videre: quaz promisit diligentibus se: de promissio-
ne eius nullo modo dubitātes. pseueranter tenda-
mus ad eū: quia pfecto videbimus eū sicuti est. Vn̄
bene a Sapientia subinfertur. Apparet aūt eis q̄
fidem habent in illum. Et quia hec verba in hoc ex-
ordio sumpsimus: vt tam materiam libri q̄ ordinez
eius ostendamus: vnāquāq̄ particulam subtilius
inuestigemꝰ vt pfectius intentionē nostrā ostēdere
valeamus. ¶ Sentite de dn̄o in bonitate. In rebꝰ
naturalibꝰ ea dicimꝰ in vnaquaq̄ specie esse a deo
naturaliter inserta: q̄ oībus indiuiduis eiusdē spe
ciei semp sunt cōmunia. Naturale em̄ dicimꝰ in spe
cie ouis māsuetū esse: qr oībꝰ ouibus semper vide-
mus hoc pariter conuenire. Ac per ea intelligibi-
lia que ab oībus hoībus quolibet tpe approbant:
dicimus naturaliter intellectu hoīs inserta: quia

virtute luminis intellectualis cū audiuntur: statiꝫ absqꝫ vlla dubitatiōe ab omnibus tanq̄ vera affirmantur. Hinc cōmunes animi ꝯceptiones ꝛ prima scientiaꝝ principia eas philosophi appellāt: q̄ adeo manifestam ꝯtinere dicunt veritatē vt nihil verius nihil certius in scientijs inueniri possit. Ab omnibus autem hominibus absqꝫ vlla dubitatione quolibet tēpore approbatū esse palam est: bonam voluntatē bonos viros facere eamqꝫ esse radicem totius bonitatis hominū ꝛ sine ipa nullū posse bonum hominē simpliciter nūcupari: adeo vt siquis etiā oīa bona opa vel mala vel non bona volūtate faceret a nullo bonus diceretur. Contra v̄o siquis bona voluntate p ignorātiā maluꝫ aliquod faceret: nō propter hoc ab hoībus malus simpliciter appellaret̃. Acsi vnicuiqꝫ naturaliter insertuꝫ sit cognoscere ꝛ ꝓbare solam bonā voluntatē bonos viros: ꝛ malaꝫ malos facere. Quod aūt itellectui est naturaliter insertū falsum esse nō potest: cum om̄e naturale sit a deo: qui falsitatis auctor cū sit prima veritas: nullo modo est. Veꝝ est igitur eū esse virū bonū: q̄ bonaꝫ habet voluntatē. Bonitas autem volūtatis in amore ordinato cognoscitur. Omnes em̄ opinant̃ eā volūtatē esse bonā: que deuꝫ sup oīa ꝛ ꝓximum sicut seipsum diligit. Et cum hoc cuiuslibet homīs voluntas possit naturaliter facere cum dilectio dei ꝛ ꝓximi sit nobis naturalr̃ inserta: si iuxta catholicā veritatē per donū gratie ꝛ charitatis supernaturaliter ꝛ diuinitus infusum hoc modo deus ꝛ ꝓximus diligant̃: nulli dubiū esse pōt q̄ hoc faciet simpliciter bonā voluntatē. Bonitatē itaqꝫ hoīs sim-

pliciter ꝛ proprie dicimus bonã voluntatẽ gratia ꝛ charitate informatã: per quã homo cognoscit deũ q̃tum potest mortalis capere nõ tam intelligendo q̃ sentiendo. Melius enim cognoscitur deus: dum vt ita dixerim: sentitur ꝛ gustatur: q̃ cum intelligit tantũ. Bene ergo hortatur nõ sapientia increata dicens. Sentite de dño in bonitate. Quia vero bonitas ꝛ simplicitas sese nõ concomitant: et vna sine altera esse nõ potest: statim subiungit. Et in simplicitate cordis querite illũ. Sicut em̃ sese inseparabiliter cõsequunt homo ꝛ disciplinabile: ita ꝛ bonitas et simplicitas. Et bonũ vel sanctũ esse: ꝛ simplicem esse. Et sicut nullus potest intelligere hoĩem esse et disciplinabile nõ esse. Ita neq̃ potest quis capere sanctũ esse quempiã ꝛ simplicẽ corde nõ esse. Quodammodo em̃ oĩbus naturaliter insertum est nullum vere sanctũ esse: nisi simpliciter viuat. Simplicitatẽ aũt cordis homines ex exteriorib⁹ pensant. Unde qui conuersationẽ exteriorẽ simplicem non habet ab hominib⁹ sanctus credi nõ potest. Et hoc experimento quotidiano probare nõ erit cuiq̃ difficile. Da quemuis hoĩem siue fidelem siue etiã infidelem ꝛ barbarũ: bonũ siue malũ vel mali vel hebetis ingenij: si de aliquo audiens q̃ sit vir magne sanctitatis ꝛ bonitatis: accedat ad eũ ꝛ videat cultioribus vestibus indutũ: lautius comedere domũ magnificã: vel cameram ornatam habere: tulliana oratione loqui: ꝛ cetera nõ simpliciter facere vel dicere: statim animus eius offenditur: et in corde suo dicit nõ mihi videtur hic vir sanctus vt opinantur homines. Quod quidem esse non posset: nisi cuius=

libet hominis intellectui naturaliter esset insertum ꝙ ad sanctitatē ⁊ bonitatē vite sequitꝛ simplicitas cordis: que minime adesse putatur si in extrinsecis nō appareat. Et ideo bene postꝙ sapiētia increata dixit. Sentite de domino in bonitate: subiunxit: vt diximus. Et in simplicitate cordis querite illum. ¶ Et qꝛ posset aliquis dicere ꝙ sufficit apud deum simplicitatē cordis habere etiā si nō adsit simplicitas operis ⁊ extrinsecarū rerum: quia deus respicit cor: nō opus: recte subinfert. Quoniā inuenitur ab iis qui nō tentant illum. Nā saluator noster hac ratione dixisse videtur. Difficile est diuitem intrare in regnū celorum: quia difficile est habere ⁊ nō amare diuitias. Unde de diuite sapiēs dicit. Beatus diues qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abiit nec sperauit ī pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eum? fecit enī mirabilia in vita sua. Certe absq₃ alia ratione experiētia sola nos plenissime instruit ꝙ difficile sit habere et nō amare temporales diuitias: et peccatorum vinculis per eas minime inuolui. Cū videamus paucos immo paucissimos diuites rectitudinē christiane vite in veritate tenere. Et qꝛ verba saluatoris nostri Dei sunt semper spiritualiter et subtilissime pensanda: aduertendū est possibile cū tēporalibus diuitiis simplicitatē cordis interiorē ⁊ exteriorē possideri posse. Exemplū habemus de Abrahā: Isaac: Jacob: ⁊ sctis patriarchis. Immo nec in veteri nec in nouo testamēto aliquē sanctū inuenies: qui quātūcūq₃ diues fuerit: secundū statum suum tam intrinsecus ꝙ extrinsecus simplicitatē vite nō seruauerit. Cū ergo

non dixerit dominus. Difficile est diuitem auarum vel superbū vel libidinosum intrare in regnū celoꝝ sed simpliciter dixerit. Difficile est diuitem intrare in regnum celoꝝ: patet: quia de quolibet diuite ver ba eius possunt intelligi: vt sciamus quia etiā diffi- cile est diuitem bonū et recte viuentē intrare in re- gnum celorum. Et hunc etiam sensum manifestant verba sapientis ecclesiastice supecius allegata: cuꝫ de diuite qui est inuentus sine macula dicit. Fecit mirabilia in vita sua. Nam de diuite malo id quod Dominus postea subiungit: potest intelligi. Quia facilius est Camelum transire per foramen acus q̄ꝫ diuitē intrare in regnū celorū. Talis enim nisi mu- tetur: in regnum Dei introire non poterit. Si ergo diues recte ⁊ simpliciter viuens difficile intrabit in regnum celorum: quid dicendum erit de eo qui sim- plicitatem in exterioribus non seruat? Qui ergo simplicitatem custodire negligit ignem profecto in sinum suum ponit. Qui autem ignem in sinū suum mittit et vt eius vestimenta illesa seruentur. Deum rogat: quid aliud facit: nisi q̄ deum tentat? Et ideo bene sapientia increata postq̄ꝫ dixit. Et in simplici- tate cordis querite illum / subiungit Quoniam in- uenitur ab his qui non tentant illum. Acsi paten- ter dicat. In simplicitate cordis querite deum: Sꝫ eum inuenire nullo modo putetis: nisi etiam simpli citatem exteriorem custodiatis. Quoniam inueni- tur ab his qui non tentant illum. Ab his autē qui tentant illum contra legem facientibus: que dicit. Non tentabis dominum deum tuum nequaq̄ꝫ inue niri potest. Tentant autem illum qui nolentes

simpliciter conuersari: simplicitatē cordis que donum dei est maximū: habere volunt ⁊ custodire. Sicut si quis vt diximus: ignē in sinū suum mittat ⁊ roget Deū vt vestimēta eius nō ardeant. Inueniri autem a nobis Deus qui vbiqꝫ tunc dicit̄. quando per aliquē effectū gratie presentiā sue bonitatis nobis manifestat: Quia ergo qui deū tentat per effectus sue gratie presentiā ipsius nequaꝗ̄ sentit. bene diximus: ꝗ nō inuenitur ab his qui tentant illum: sed ab his inuenitur qui non tentant illum. ¶ Et quia posset aliquis dicere stultum esse sibi necessaria non prouidere: ⁊ plura etiā opus esse possidere ꝗ̄ necessaria propter futuros euentus: consequēter dicit. Apparet aūt eis qui fidem habent in illum. Cū em̄ prouidentia dei se extēdat ad omnes vel minimas creaturas: certum est ipsum maiorē habere prouidentiā de hominibus ꝗ̄ de alijs creaturis irrationabilibus. Quilibet em̄ maiorē habet prouidentiā de rebus preciosis ꝗ̄ de ignobilibus. Esse ergo sollicitum de crastino pertinet ad infidelitatē quā Saluator noster a nobis cupiens remouere: cum dixisset. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus: aut quo operiemur. Statim irrationabiliū ⁊ insensibiliū creaturarū: que de futuro non cogitant: ⁊ tamen pater noster celestis eas pascit ⁊ gubernat: exempla proposuit dicens. Respicite volatilia celi: que nō serunt neqꝫ metunt neqꝫ congregāt in horres: ⁊ tamē pater vester celestis pascit illa ⁊c. Ac si aperte diceret: nulli dubiū ē Deum habere de hominibus ⁊ presertim de electis suis quibus oīa cooperantur in bonum peculiarē

prouidentiã. Si ergo nihil vllo tempore deest crea-
turis infimis quanto minus aliquid deficiet homi
ni et presertim fideli. Qui ergo solliciti sunt de cra-
stino in fide se deficere negare non possunt: cũ ad hu
iusmodi homines Saluator noster ibidẽ expsse di-
cat. Si fenũ agri quod hodie est et cras in clibanuz
mittitur. Deus sic vestit: quanto magis vos modi-
ce fidei. Oportet ergo talẽ habere: vt credamus qꝫ
si simpliciter vixerimus: contenti solũ presentibus
et necessarijs scđm statum nostrum. Deus non dere
linquet nos in his q̃ non potuerũt a nobis prouide
ri: sicqꝫ a multis curis a nobis liberabimus et faci-
lius celestia meditari et orõnibꝰ vacare poterimus.
Per quas deus multis modis intellectui nostro
apparere: et de celestibus et inuisibilibus sue diuini
tatis nos benigne illumiare dignabit. Bene ergo
dicit Sapiẽtia. Apparet aũt eis q̃ fidem hñt in il-
lũ. Acsi diceret. Simpliciter viuite: et nolite de cra-
stino cogitare: sed fidem habete in eũ: qui de vobis
curã habet peculiarẽ: et paterno amore vobis loqui
tur dicẽs. Primũ querite regnũ dei: et iustitiã eius
et hec oĩa adijcientur vobis: et liberabimini a curis
huius seculi: et dñs ostendet vobis faciẽ suã et dabit
claritatẽ eternã: qr apparet eis qui fidẽ hñt in illũ
¶ Ex his ergo predictis apparet quo ordine sit
nobis in hoc opere pcedẽduz. Cum enim intẽtio nr̃a
sit de simplicitate christiane vite tractare necesse ẽ
prius de vita Christiana agere: et in quo essẽtialiter
consistat ostendere. Quia aũt ad bonitatẽ et sancti
tatẽ eius sequit simplicitas cordis: et cordis simpli
citatẽ sm̃ simplicitate exteriori qs nec possidere nec

custodire potest. Et simplicitas exteriorum rerum superfluitatem earum non patitur. Cõsequens est vt post tractatuz de bonitate christiane vite: tractemus de simplicitate iteriori Post hoc de exteriori Deinde de supfluo abiiciendo. Ultimo vero qz animus a curis huius seculi per vite simplicitatem liberatus ad contemplationem diuinorum iam incipit ascẽdere: agendũ est de gratiis ꝛ felicitate: que ad precedẽtia consequũtur tam in hac vita ꝙ in futura. In generatione eñ rerum naturaliũ natura: cuius opus est opus intelligentie nõ errantis: primo introducit formã: que dat esse rei ad quã statim cõsequunt̃ ꝓpria accidẽtia. Deinde accidẽtia communia: post hoc natura q̃ ad ꝑfectũ opus suũ ducit supfluũ oĩe abiicit. Postremo autem vt ꝑficiatur opus ei⁹ vltimo fini suo ipsum coniungere nititur. In gñatione eñ hoĩs Deus ꝛ natura ante oĩa per introductionẽ aĩe intellectiuẽ dant esse hoĩem. Deinde statim sequũtur ꝓprietates eius: scz esse disciplinabile: ꝛ esse risibile. Postea ordine naturali cetera accidẽtia aduenĩũt ei: vt est ꝗtitas: color: et figura. Dehinc augetur puer: ꝛ ꝟtute nature superflua abiicit: que impedimẽto sunt operibus ꝑficiẽdis. Ultimo aũt naturali instinctu ad beatitudinẽ conatur peruenire. Ita etiã in creatione christiani viri primo formã Christianitatis introducem⁹: q̃ est gr̃a supnaturalis. Scd̃o simplicitatẽ cordis: q̃ est quasi quedã proprietas hanc formã ꝯsequens. Tertio simplicitatẽ exteriorẽ ei ꝯiũgemus: quasi accidentia exteriora. Quarto superflua abiiciem⁹ Postremo ipsum ad felicitatem perducemus:

¶ Liber primus de simplicitate christiane vite

¶ De bonitate christiane vite ⁊ in quo essentialiter consistat conclusio prima.



Vita christiana est qua quis mores ⁊ doctrinam christi imitatur. In nominandis rebus sequendus est vsus communiter loquentium. Loquendum est enim vt plures: ⁊ sapiendum vt pauciores. Scimus aūt per vitam christianaꝫ omnes homines intelligere quod dictum est. Nam illos christianos ꝓprie vocant homines qui Christuꝫ imitantur: vel saltē imitari in baptismo polliciti sunt. Queꝫ si postea opere non imitantur christiani nomine tantum sunt nō opere. Veros auteꝫ christianos qui hoc nomine vere digni sunt: eos intelligimꝰ qui quo ad intellectū firmissime absqꝫ vlla hesitatione credunt Christuꝫ crucifixum verum esse deum ⁊ verum hominē filiū dei ⁊ virginis Marie: ⁊ patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctum esse vnum deum ⁊ tres personas realiter distinctas: ⁊ cetera que sacra scriptura ⁊ sancta romana ecclesia predicat esse credenda. Quoad volūtatem amat deum ⁊ dominum nostrum Jesum christum super omnia: ⁊ ꝓximum sicut seipsum: seruās omnia mandata legis: que ab hac duplici dilectiōe dependēt. Quoad partem sensitiuā appetituꝫ concupiscibilis ⁊ irascibilis oēsqꝫ sensus ratiōi subiĳcere omni conatu nititur ⁊ nullo modo curam carnis facere in concupiscentia. Quoad ceteros corporis gestus studet oīa cum modestia agere: vt totum corpus subiĳciatur aīe: ⁊ in oī motu suo nihil fiat quod

culusq̄ offendat aspectum. Quoad bona exterio-
ra se habet sicut infirmus: qui tātuȝ medicine acci-
pit q̄tuȝ sanitati opus esse perspexerit. Utitur em̄
diuitijs ꝛ gloria ꝛ dignitatibus ꝛ honoribus alijsq̄
bonis corporis ad necessitatem vel temporalis vel
spiritualis vite: non autem ad superbiam vel luxu
riam aut auaritiam. Quoad cultum diuinum reli-
cto omni superstitioso vel etiaȝ superfluo cultu deū
omnipotentē colit intrinsecus per fidē: spem ꝛ cha
ritatem. Extrinsecus vero eo mō et ritu quo Chri-
stus: apostoli ꝛ sancti patres: sanctaq̄ Romana ec
clesia hactenus ordinauerūt ꝛ in posterū ordinabūt
Quo deniq̄ ad oīa ista ꝓpositum perseuerādi ita
firmauit in corde suo: vt potius eligat millies mori
q̄ ab hac vita discedere. Talem ergo christianū no-
minamus: et vitam habere christianam dicimus.

Conclusio Secūda.

Vita christiana est melior omni alia que inueniri aut excogitari potest. Primuȝ quideȝ hoc est manifestum ex fine. Nulla em̄ vita potest habere: vel excogitare meliorē finem q̄ eum quem ponit vita christiana quia ponit fineȝ in visione diuine essentie: q̄d melius etiaȝ patebit inferius. Quia vero homo nō potest peruenire ad contēplationem diuinorū nisi per cordis purificationē: q̄tum ad hoc etiaȝ vita christiana oēs alias excedit. Nulla em̄ maior purificatio cordis potest inueniri aut excogitari q̄ purificatio christiana. Nam purum dicitur id quod non est permixtū alteri nature presertiȝ inferiori se: verbi gratia: aurū dicitur purū quādo nō est permixtum ar-

gento vel plumbo vel alteri nature inferiori: quia
vero finis hoīs est deus: quando homo per intelle-
ctū ꝛ affectū coniungit seu permiscet creaturis pre
sertim inferioribꝰ se tanꝙ fini vltimo: impurus nun
cupatur. Et quanto quis ab amore creaturaꝝ se ex
plicat: tāto purior redditur. Puritas ergo cordis
humani consistit in alienatione appetitus ꝛ volun
tatis ab amore creaturarū. Nulla vero maior aut
perfectior alienatio ab amore terrenarū rerum in-
ueniri aut excogitari potest ꝙ ea quam predicat re
ligio christiana: que hortatur ꝛ docet hoīes alienos
fieri nō solum ab effectu omniū terrenarum ꝛ carna
lium rerum: sed etiā ab amore proprio. Et quia non
potest homo sine vllo amore viuere: docet vt diligat
deum super oīa etiā super semetipsum. Et si semet
ipsum aut alias creaturas diligit: iubet vt diligat
eas ꝓpter deum: ita ꝙ totus amor in deum tendat
et in ipsis creaturis deum diligat: nihilqꝫ cogitet:
aut loquatur aut faciat: qđ sit contra dei precepta:
et qđ nō in gloriā ꝛ honorē dei cedat: vt totꝰ homo
ad deum tendat: ꝛ deo coniungat: fiatqꝫ vnum cum
deo. Qua vita certe nulla melior inueniri aut exco
gitari potest. Sed quia posset aliquis dicere ꝙ huic
vite admiscetur error: quia adorare ꝛ colere crucifi
xum videtur esse maximus error. Respondemus ꝙ
cum hec vita tota dependeat a fide christi crucifixi:
cum extra hanc fidem huiusmodi vita minime inue
niatur adorare christuꝫ crucifixum nō potest esse er-
ror: quia nō potest effectus esse nobilior sua causa.
Sed quia in aliis locis fidē christi multipliciter ꝓ-
bauimus: nihil aliud de hac ad presens dicemꝰ. Ad

ostendendū enī q̄ nullus cultus dei sit melior cultu religionis christiane: sufficit ostēdere nullā esse posse meliorē vitā q̄ christianā. Finis enī cult⁹ dei maxime est recte ꝛ beate viuere. Ex quo patet q̄ vita christiana quo ad finem ꝛ cordis puritatē: ꝛ quo ad mores ꝛ cultū est melior omni alia vita.

Conclusio tertia.

Huiuscemodi vita in nullo amore naturali hoīs radicari potest. Amorem hoīs naturalem voco amorem corporis: vt corpus est: vel partis anime vegetatiue: qui scilicet nō ꝓcedit a cognitione aliqua cōiuncta vel intrinseca: sed ab appetitu naturali per generationē acquisito. Cū igitur omne agēs agat propter finē: oīs actio ab aliquo amore ꝓcedit. Et quia conuersationē siue studium vniuscuiusq̄ hoīs vitam eius nuncupamus. vnde eos qui contēplationi student: vitā contēplatiuā: et qui actioni vacāt vitam actiuā habere dicimus. amor a quo actio vel conuersatio ꝛ vita seu studiū cuiuslibet hoīs ꝓcedit dicitur esse radix illius actionis vite ꝛ conuersationis ꝛ studij. Uita ergo christiana radicem in aliquo habet amore. Impossibile est aūt q̄ habeat radicē in amore naturali: q: quilibet christianus experit in semetipso q̄ totū regimen vite eius ꝓcedit a fide et amore christi crucifixi: qui amor nequāq̄ naturalis esse potest: vt oībus notum est.

Conclusio quarta.

Non potest vita christiana in parte sensitiua fundari. Cum enī in hoīe sit intellectus ꝛ sensus: manifestum est q̄ ad hu

tellectum pertinet regere sensum: nō contra. Uita
autē christiana est tota ordinata: ⁊ scd̄m rationem
et spiritualis: vt manifestum est. Non ergo trahit
regimen suum a sensu. Quidam tamē consideran=
tes phantasiam seu imaginationē mouere vehemē
ter hoīes ⁊ animalia in omni genere motus: dixe=
runt vitam christianam procedere ex forti imagina
tione: qua christiani imaginantur christum crucifi=
xum esse deum. Uidemus enim ꝙ si quis sup trabē
in altum positam ambulet: ⁊ forti imaginatione se
casurum apprehendat: statim cadit. Et similiter in
motu alterationis ad fortem imaginationē seu ap
prehensionē rerum venerearum corpus ad libidi=
nem accendi. ad imaginationē vero iniuriarum cor
pus ad iram inflāmari: ita etiā dicunt moueri chri=
stianos ad amandū ea que amant: ⁊ operandū que
operantur ex forti imaginatione crucifixi: ⁊ eorum
que ipse ⁊ eius apostoli predicauerunt. Et ita asse=
runt vitam christianā radicari in parte sensitiua:
Sed hoc esse falsum ⁊ ridiculum nō est difficile ꝓba
re. Primo quidē quia naturalia sunt magis intima
rebus ⁊ magis affixa ꝙ accidētalia: ⁊ idcirco cogni
tio naturalis fortius figitur ꝙ accidētalis. Unde
cognitio primorū principiorū: que est intellectui na
turaliter inserta: est magis intima ⁊ intellectui ma
gis affixa ꝙ cognitio conclusionum. Et cum necesse
sit intelligentē phantasmata speculari: nō est dubiū
qnū ea phantasmata q̄ naturali cognitioni intelle=
ctus deseruiūt: sint magis apta nata affigi phāta=
sie ⁊ imaginatiue ꝙ phātasmata q̄ deseruiūt cogni=
tioni accidētali: ⁊ maxime opinioni false. Cognitio

autē quā philosophi habuerunt de deo ꝛ virtutibꝰ moralibus est homini naturaliter inserta: vt pote in radice luminis naturalis fundata. Cognitio vero de christo qꝛ sit deus pro nobis crucifixus ꝛ ceterorum q̄ ad fidē pertinēt: nō est aliquo pacto naturalis immo valde extranea ꝛ accidētaliter adueniēs Si ergo vita christiana: vt isti inquiunt: ex forti imaginatiōe crucifixi ꝓcedit: certe melior vita ē q̄ sit vita christiana: vel saltē eque bona procedere poterit ex forti imaginatione facta de deo ꝛ de eius ꝓuidētia ꝛ virtutū moraliū amore:: qꝛ fortior est imaginatio q̄ a naturali lumine ꝓcedit q̄ q̄ accidētaliter aduenit. Multo ergo ꝑfectior vita ꝓcederet ex sciētia et cōsideratione eoꝝ q̄ philosophi docuerunt q̄ ex forti imaginatione crucifixi. Hoc aūt comptum est esse falsum. Nulla em̄ melior vita nec ꝑfectior inueniri aut excogitari pōt q̄ vita christiana: vt ex superioribus manifestū est. Nā nihil in philosophia morali qđ rationi cōsentaneū sit a philosophis docet̄ qđ nō inueniat̄ in vita christiana: immo qđ nō excedat̄ ab ea. Nā cum iustitia hoīs in duobus consistat videlicet in fuga mali ꝛ ꝓsequutione boni: vita christiana excedit in his duobus quicq̄d philosophi vllo tp̄e excogitare potuerūt. Fugiunt em̄ christiani etiā quedā minima mala: q̄ in solo corde consistunt de quibus philosophi vel nullā vel supficialē ꝛ crassam habuere cognitionē. Ad bonum quoqꝫ diuinū tendūt eo modo quo nec ipsi philosophi ad deū tendere potuerūt. Quinimo talē modū nū q̄ intellexerunt. Ex eoꝝ quoqꝫ que philosophi decēt sciētia ꝛ cōsideratione siue speculabiliū siue moralium nullos

vidimus aūt intellexim⁹ adhuc ad puritatez vite
christiane puenisse. Neq3 enī ipsi magistri ⁊ aliorū
philosophoꝝ principes: in q̄bus (vt aiūt) natura vi
detur totum conatū fecisse: vt eos super oēs hoīes
mūdi pfectos faceret vt pythagoras: socrates: pla
to: ⁊ ceteri q̄ sūmis laudibus a paganis extollunt:
sanctos ⁊ puellas nostras ꝟtutib⁹ ⁊ vite sanctimo
nia equiparāt. Nā q̄cquid ꝟtutis ⁊ bonoꝝ operū
⁊ laudis de illis p̄dicat: de nr̄is quoq3 pueris ⁊ pu-
ellis absq3 mēdacio verissime annunciari p̄ōt: exce
pto q̄ illi oīa ꝓpter gloriam faciebāt: nostri autem
gloria inani hoīm cōtempta: solam dei gloriaz que
runt: ⁊ multa faciunt: tum orando: tum corpus do-
mādo: tum in his que ad dei ⁊ ꝓximi charitatem ꝑ
tinent: que philosophi non solū nunq̄ fecerunt: sed
nec intellexerunt. Si ergo scientia ⁊ contemplatio
fortisq3 imaginatio diuinarum reruz moraliūq3 vir
tutū quas nobis natura īdidit: ⁊ studiū pfecit nul-
los philosophos ad vitam equalem vite christiane
pduxit q̄to minus si christus crucifixus nō est de⁹:
hec ignorātia ⁊ falsitas posset ex forti imaginatio
ne christianos ad vitam pducere: qua nulla melior
inueniri ⁊ cogitari p̄ōt. Preterea si hec vita ex for-
ti imaginatione ꝓcederet: nō oībus hoīm gñibus
conueniret. Nō enī oēs īmo pauci fortē habent ima
ginationez. Sed videmus ⁊ ex historiis scimus vi-
tam christianam oībus hoīm generibus ⁊ cōditio-
nibus cōmunem fuisse. Preterea docti viri non fa-
cile decipiūtur a forti imaginatione. Uidemus au-
tem viros in omni genere sciētiaꝝ doctissimos hāc
vitaz vsq3 ad sanguinis effusionē secutos. Preter-

ea si fortis imaginatio hoc facit: pesset quilibꝫ christiane viuere ad libitum suum: quia posset phantasiam firmare ad christum ⁊ ad ea que fidei sunt. Sꝫ experientia docet hoc esse falsum. Nam multi desiderant christiane viuere: ⁊ tamē a voluptatibus victi sepe postq̄ inceperunt: retrocedunt. Et veri christiani etiā ꝓpter frequētes tētationes vehemēter laborant: vt christiane viuant. Fortis aūt imaginatio mouet animalia quasi violēter: ita vt potiꝰ agātur q̄ agant: vnde talis motus sine labore fit. Preterea cum crucifixus homo sit secunduꝫ se res horrenda si christus non esset deus: ⁊ talis res horrenda tam bonam vitam inducit ꝓpter fortē imaginationē: certe multomagis ad taleꝫ vitam pueniemꝰ p fixā phantasiā creaturaꝝ pfectissimaꝝ: vt puta p fortē imaginationē pulchri hoīs: vl' solis: aut lune aut alterius creature corporalis nobilissime. Sed hoc tētet qui vult ⁊ expietur esse falsum. Nam ⁊ antiqui fecerunt sibi deos pulchros ligneos ⁊ conflatiles: ⁊ solē ⁊ lunā: ⁊ tamē in vite sanctimonia nihil ꝓfecerunt. Preterea cum christianus verus nihil agat cōtra rationeꝫ: imo oīa que ratio dictat adimplet: liceꝫ ⁊ aliqua etiā supra rōnem faciat ⁊ credat: patet q̄ radix reguminis eius non est in parte sensitiua: sed potius in parte intellectiua.

¶ Conclusio quinta.



Ita Christiana nō solo lumine naturali rationis non fundatur. Sicut eñ in naturalibus quedaꝫ cause sunt necessarie que semper suum sortiuntur effectum. Quedā vero vt in pluribus. Alie vero

equaliter se habeāt: ita rationes seu argumētatio
nes se habēt ad intellectuȝ. Quedam em̄ ex neces-
sitate: ⁊ semꝑ inclinant intellectū ad assentiendum
conclusioni: que a philosophis dicunt demōstratio
nes. Quedā vt in pluribꝰ ⁊ non semꝑ ipsum incli-
nant: que dialectice seu probabiles rationes nūcu
pantur. Alie vero quodāmodo indifferenter se ha-
bēt: quia si aliquaȝ estimationē vl' suspitionē gene-
rant: nō tamē intellectū ad vnam partē fortiter in
clinant. Experiētia autē quotidiana maxime apō
philosophos docet quante difficultatis sit intelle-
ctuȝ hominis presertim in moralibus firmare. Nā
tot quotidie oriuntur in scholis opiniones quot ca
pita: ⁊ nulla est opinio tam firma: que non faciliter
contrariis argumētis debilitetur. Unde videmus
viros doctos frequēter opiniones mutare: ⁊ disci-
pulos quotidie contra magistros insurgere. Expe
rientia quoqꝫ patet: ꝙ si etiam in moralibus q̄s in
aliqua opinione vel de beatitudine vel de ꝟtutibꝰ
firmetur: valde difficile ē ꝙ sequat ex hoc firmitas
affectus. Nā de mille vnū non inuenies q̄ suam de
motibꝰ opinionē affectu amoris ⁊ operis sequatur
Disputatores em̄ vidi ego multos: sed operatores
paucos. Etsi q̄nqꝫ sequatur affectus operandi et
firmetur videmꝰ tn̄ paucissimos opere postea adim
plere que animo proponunt ⁊ in hm̄oi perseuerare
Si ergo valde difficile est in moralibus que nobis
a natura indita sunt intellectū firmare rationibus
⁊ difficilius cum intellectu affectuȝ ad opus solida
re: ⁊ difficillimum opere quod ipse cogitauit ⁊ ama
uit adimplere ⁊ in eo perseuerare quāto difficilius

erit hec oīa facere in his que nō modo non sunt naturaliter cognita: sed nec ea videre nec ītellectu apprehendere valemus. Uidemus autē christianos ita firmū habere intellectum in his que ad fidē ptitinent: vt nihil verius nihil certi⁹ esse credant: ꝛ potius volūt oīa martyria sustinere ꝙ minimū iota sacre scripture negare. Silr adeo firm⁹ est eoꝝ amor ad ea q̄ nunꝙ viderunt: nec vlla hūana rōne apphēdert: vt ꝓ eis ꝛ eoꝝ amore oīa visibilia existimēt vt stercora. Ad opera q̄ꝗ ꝟtutū ita faciles sunt: et in eis adeo ꝑseuerantes vt nulla rōne nulloꝗ labore ea relinquant: sed magis quotidie crescere: ꝛ ea pficere que ceperūt summo studio ꝛ desiderio cupiāt. ꝛ potius eligant non solum diuitias ꝛ honores sed etiā ꝓpriam vitam millies perdere: ꝙ fidē ꝛ amorē christi ac virtutes relinq̄re. Cū ergo in his que nobis quodāmō sunt naturaliter inserta vix hoīs intellectus ꝛ affectus firmari possit: vnde hec christianorum firmitas? Certe a lumine naturali nō procedit: tū quia ea que christianus credit ꝛ amat: naturali ratione probari non possunt: tum quia vt dictū ē nō posset tāta soliditate firmari etiā si aliqualiter ratione humana persuaderetur. Cum ea que maxime naturalia sunt vix possunt multis rōnib⁹ ꝛ persuasionibus solū intellectū ad assensum inclinare: vt de opere ꝛ affectu taceam. Preterea si vita Christiana procederet a lumine naturali rationis: cū nulla ratione probari possint efficaciter ea que christianus credit ꝛ amat: et pro quibus operatur necesse est dicere: ꝙ de illis opinionem habeat non scientiam. Opinio autē est habitus mentis: qui nō

perfecte firmat animũ ad assensum. Quia ergo vo=
luntas sequitur intellectũ: nõ potest quis amare fir
miter rem quam nõ videt: nisi habeat certam cogni
tionẽ ꝙ ipsa sit in rerum natura. Finis aũt christia=
ni est id quod nõ videtur iuxta illud Esaie Deus nõ
vidit absqꝫ te que preparasti diligẽtibus te. Si er=
go de hoc fine nõ haberet nisi opinionẽ et nõ certitu
dinem: nõ firmiter ipsum amaret. Cum aũt finis sit
id gratia cuius omnia alia aguntur: et sit omniũ agẽ
dorum regula: quando amor finis est debilis etiam
cetera opera ad ipsum ordinata debilitantur. Sed
videmus veros christianos inter prospera et aduer=
sa fortissimos et magnos esse virtutum operatores
et firmissime ad eum tendere: vt de quo scriptũ est.
Querite faciem eius semp̄. Ergo hec eorum vita a
lumine naturali rationis nõ procedit. Preterea cũ
quis nõ firmiter aliquid amat: alio amore superueniẽ
te amor precedẽs faciliter debilitatur et tollitur. Si
ergo vita christiana a lumine naturali procederet:
fides esset quedã opinio vt dictum est: et nõ posset es
se amor inuisibiliũ firmus. Et ideo superueniẽte alio
amore faciliter vinceretur. Sed experimur totum
contrariũ: quia nec amor temporaliũ diuitiarũ: nec
carnis: nec glorie: nec vllus amor proprius. etiam
amor vite amorẽ christi in corde christiano superare
potest. Ergo a lumine naturali nõ procedit. Preter
ea nullus est tam magnus amor nisi sit totaliter na
turalis: qui a tristitia et dolore vehementi vel timo=
re mortis nõ superetur. Diuitias enim et honores et
gloriã et cetera bona temporalia damus propter vi
tam et corporis salutẽ: sed amor Christi nõ vincitur

a dolore aliquo: nec ab aliquo mortis periculo: vt martyres innumerabiles testant: et tamē nō est naturalis: vt dictū est. Ergo necesse est dicere q ab alia radice q̄ a ratione procedat.

Conlusio sexta.

Vita christiana nō procedit ab influxu celesti: nec ab aliqua causa naturali. Cause enim naturales et vniuersales nō agūt nisi mediantibus particularibus. Non enim celū pducit triticū sine semine vel sine aliqua materia disposita ab aliquo particulari agente ad hoc vt ex ea triticū pducatur. Si ergo vita christiana pcedit ab influxu celesti: oportet q hoc sit vel mediante lumine naturali: vel mediante parte sensitiua et phantasia: vel mediāte aīa vegetatiua: aut calore naturali et alijs qualitatib⁹ elementorū q̄ sunt in corpore hoīs. Sed iam probatū est vitā Christianam ab his partibus aīe procedere nō posse. Ergo nec ab influentia celi pcedit tanq̄ a causa vniuersali. Preterea si vita christiana ab aliqua anime potentiā procederet: maxime procederet a parte rationabili: quia vita hec est tota rationabilis: et nihil irrationabile continet. Sed ratio et intellectus est immaterialis. Materiale aūt corporale nō agit in immateriale. Ergo nec celū nec aliqua causa naturalis potest talem vite impressionē in intellectu imprimere. Preterea nulla virtus naturalis agit vltra suā speciē. Nō enī ignis frigefacit. Virtus ergo corporalis per se nō facit spūalia: sed tota vita christiana ē spiritualis: qr christiani relictis corpalib⁹ quantū possunt ad spūalia se transferunt. Nō ergo

procedit a celo nec ab aliqua naturali virtute. Pre
terea si xp̄us crucifixus nō eēt verus deus: vt dicūt
christiani: nullus esset in mundo maior error q̄ cru=
cifixū hoīem adorare: vt Deum. Cum aūt videam⁹
ex alia parte nullā posse inueniri meliorē vitā q̄ sit
vita christianoꝝ: si hec vita ꝓcederet ab influxu ce=
lesti ⁊ causa naturali: sequeret̄ q̄ ab eadē causa pro
cederēt hec duo: videlicet maximus error ⁊ maxīa
rectitudo simul semꝑ in eodē effectu. Nō enim vn̄q̄
separantur hec duo a christiano: hoc aūt est absur=
dum in causis naturalibus. Preterea videmus ce
lum ⁊ causas naturales in diuersis partibus et di=
uersis tp̄ibus diuersa agere: tū qr requirūt dispositi=
onē materie: tum qr diuerse stelle diuersos habēt
influxus. Sed vita christiana nullū genus hominū
excipit: nec aliquod tp̄us obseruat. In omni enim
tempore ⁊ loco ⁊ in quolibet hoīe tam paruo q̄ ma
gno: tam barbaro q̄ nō barbaro eodē modo adueni
re potest: vt patet nunc ⁊ in retroactis temporibus
quia vbiq̧ per predicationē hoīes ad Christū con=
uersi fuerunt ⁊ conuertunt̄ adhuc nulla astrologie
aut philosophie habita cōsideratione. Preterea si
fides ⁊ vita christianoꝝ ab astris ꝓcedit: aut fides
eoꝝ est vera: aut falsa. Si est vera ab astris eā proce
dere falsum est: qr fides ipsa Christi hoc damnat: et
astrologiā iudicialē diuinatoriā nō esse sequendam
docet. Unde scriptuꝫ est Hieremie. x. Hec dicit dn̄s.
Juxta vias gentium nolite discedere: ⁊ a signis celi
nolite metuere q̄ timent gentes: quia leges popu=
loꝝ vane sunt. Et deniq̧ doctrina nr̄a asserit vitam
christianā nullo mō ab astris nec a causis naturali=

bus procedere. Si autem est falsa et ab astris procedit sequitur quod celum inclinat homines ad falsitatem et maximos errores: videlicet ad credendum crucifixum esse Deum: et Deum esse trinum et vnum: et similia. Et cum fides Christi semper fuerit: vt patet in nouo et veteri testamento: oportebit dicere semper influentiam celi inclinasse homines ad maximos errores. Et cum fides Christi vbique terrarum iam fuerit et sit aliquo modo quia et Maumethani et Indi credunt aliquo modo in Christum: et ipsum venerantur: sequitur quod hec influentia semper fuerit et sit in toto celo. Et cum non inueniatur melior vita quam christiana: sequitur quod christiani sint minus dispositi ad errores sequendos quam alij homines: quia a perturbationibus et huius seculi sollicitudinibus liberi sunt. Et philosophus dicit. Sedendo et quiescendo homo fit prudens. Ergo si Christiani a celo inclinantur ad magnos errores: multo magis inclinabuntur alij homines ad eosdem vel etiam maiores. Ergo sequitur quod celum semper et vbique inclinat homines ad maximos errores. Et si sic est. non debemus credere ipsis etiam astrologis nec eorum regulis: quia celum etiam eos ad errores inclinat. Si ergo dementis est dicere celum et causas naturales inclinare homines ad errores: necesse est confiteri fidem Christi nec a celo nec a causis naturalibus procedere siue vera siue falsa sit: vt argumentum probat. Multa alia argumenta possemus in medium adducere: quibus insipientiam quorundam astrologorum demonstraremus. Sed quia vir ingeniosissimus et singularis doctrine Comes Joannes Mirandula in libro quem aduersus Astrologos qui volunt futura predicere: subtiliter

ſſime ⁊ ſapiẽtiſſime eoꝝ vaniſſimã ſupſtitionẽ ĩpro=
bauit: Nihil aliud in p̄ſentia dicendũ putaui.

¶ Concluſio Septima



Ita Chriſtiana non procedit ab aliqua
creatura ſpirituali. Oĩs eñ effect⁹ natu
raliter appetit ſue cauſe aſſimilari et ei
cõiungi. Si ergo vita xp̃iana depẽderet
ab aliqua creatura ſpirituali. Chriſtianus appete
ret naturaliter vt chriſtianus ꝯiungi creature ſpi
rituali: ⁊ ei aſſimilari. Sz videm⁹ hoc eſſe falſuz: qꝛ
chriſtian⁹ ver⁹ omi conatu a creaturis ſe explicat
⁊ ad Deum tendit: ſtudetqꝫ ſemꝑ de deo cogitare: ⁊
deo per cõtemplationẽ coniungi poſtpoſita omni
creatura. Et quanto magis proficit in vita hac: tã=
to minus curat de creaturis. Etſi eas amat: nõ niſi
propter Deum hoc facit. Preterea cum experien=
tia compertum ſit aliquas creaturas ſpũales eſſe
malas ⁊ ad malũ homines inducere: quas nos de=
mones vocamus nulli dubiũ eſt: aliquas etiam eſſe
bonas: quas Angelos appellam⁹: vt ſũt ille a qb⁹
mouent͂ orbes: ⁊ q̃ ſunt propiores prime cauſe. Si
ergo vita xp̃iana procedit a creatura ſpirituali aut
ꝓcedit a bona aut a mala. Non põt dici a mala: qꝛ
non haberet tantã vite rectitudinẽ. Nihil eñ gene
rat aut conſeruat aut auget ſuum ꝯ̃rium. Maxime
cũ Chriſtiani aduerſentur demonibus: ⁊ eos perſe
quantur: ſitqꝫ continua pugna inter eos: eo qꝛ xp̃ia
ni nolũt eos honorare: ⁊ predicant eos nullo mo=
do eẽ colẽdos. Immo deſpiciẽdos ⁊ maledicẽdos
⁊ penit⁹ cauẽdos: oẽs homines ad odium eoꝝ pro
uocantes. Nõ ergo vita chriſtiana a demonib⁹ pro

cedit: quia nullus effectus odit aut fugit causam suam. Si ergo pcedit a creatura spirituali bona: quā Angelum vocamus: sequit ꝙ fides christiana nō sit falsa. Non em̄ potest dici intelligentiā immaterialē bonā seu Angelū bonū inducere hoīes bonos ⁊ recte viuētes in errorē. Quia aut hoc pcederet ex malitia: aut ex ignorantia. Ex malitia pcedere non potest. cū sint bone creature: nec ex ignorantia: quia talis ⁊ tam crassa ignorātia in eos cadere nō posset. Si em̄ fides nō esset xpa: nulla eēt maior ignorantia: nullusq̧ maior error: ꝙ crucifixum hominē adorare ⁊ colere vt deū. Cum ergo videamus ⁊ experientia clare cognoscam⁹ ꝙ nullus pōt christiane viuere: nisi prius firmiter credat Christum crucifixū esse verū deum: ⁊ colat eū: cum sit primuȝ documentū doctrine christiane. Dicente Apostolo Credere oportet accedentē ad Deum: quia est: ⁊ inq̄rentibus se remunerator sit. Et item. Justitia dei est per fidē Jesu christi in omēs ⁊ super oēs qui credunt in eū. Si vita christiana ab Angelo bono procedit: sequitur ꝙ fides non sit error: sed veritas.

Quod si sic est: seq̄tur etiam ꝙ vita Christiana non pcedit principaliter ab Angelo: sed magis a Deo. Doctrina em̄ christiana docet vitam christianā procedere a gratia Dei: quam solus deus immediate anime infundit: iuxta illud. Gratiaȝ ⁊ gloriā dabit dn̄s. Angelos aūt vocat ministros dei in ministerium missos in mundū propter eos qui hereditatem capiūt salutis. Preterea cum tota rectitudo affectus ⁊ voluntatis ac bonorum operum ab intellectu rectitudine procedat et pariformiter in quoli-

bet christiano vero sit rectitudo volūtatis ⁊ operū certe non poterit hec rectitudo ab errore intellect⁹ procedere. Sed certū est ꝙ in omnibus christianis rectitudo illa procedit a fide christi: quam habent. Ergo fides illa nō est error: sed rectitudo veritatis

¶ Cum ergo omnes christiani tendant totis viribus ad videndum deum facie ad faciem: ⁊ hanc visionē dicant esse beatitudinem eorum: oportet cōfiteri ꝙ in hoc non errant. Arguamus igitur hoc modo. Finis ⁊ principium sibi inuicem correspondent: sed finis christiani est visio dei: iuxta illud. Hec est autē vita eterna: vt cognoscant te solum verum deum et quē misisti Iesum christum. Visio autem dei facie ad faciem nō potest esse nisi a deo. ¶ Cū enī finiti ad infinitum nulla sit ꝓportio: ⁊ omnis creatura sit finita: deus aūt infinitus: non potest aliqua creatura nec seipsam nec etiam aliam ad videndum deū eleuare. Si ergo principium ⁊ finis sibi inuicē correspondent principium perueniendi ad hunc finē oportet ꝙ sit a deo: non autem ab aliqua creatura. Forma enī ⁊ vltima dispositio ad eā ab eodē agente ꝓcedit: maxime quia ad formam supernaturalē requiritur dispositio supernaturalis: q̄ excedit virtutē cuiuslibet creature. Ergo vita christiana non ꝓcedit ab aliqua creatura spirituali. Quāuis enī creature spirituales adiuuent christianos: non tamen formam per quam quilibet potest christianus appellari: ⁊ in qua est tota radix vite christiane dare possunt.

¶ Conclusio octaua.



Jte christiane radix et fundamentum est gratia dei. Gratia dei dicimus donum supernaturaliter anime infusum: quod est quedam similitudo deitatis: p quam datur anime quoddā esse gratuitū faciēs eā diuine nature esse ꝯsortez:⁊ quodā modo ineffabili diuinitati vnitam. Ipsamqꝫ diuinam naturam esse anime p̄sentē nō eo modo solū quo dicitur cuilibet creature inesse:scilicet per essentiam:potentiam et presentiā:sed altiori modo cum trahat eam ad sue bonitatis participationem:per quam ipse deus mirabiliter illabitur anime. Et aīa quodāmodo vnus spiritus est cum deo. A qua quidem gratia ꝓcedūt in potētijs aīe virtutes ⁊ dona spiritussancti supernaturaliter infusa vt perficiatur homo:⁊ ad diuina ex omni parte eleuatꝰ totus efficiatur spiritualis ⁊ diuinus. Sequit̄ em̄ statim in intellectu lumen supernaturale fidei: per quod absqꝫ vlla vacillatiōe supnaturaliū rerū fidez accipimus. Itez sequitur in voluntate charitatis amor rerum diuinarū et certitudo spei:deinde cetera dona ⁊ fructus spiritussct̄i de quibus mō non est dicēduz per singula. Sufficit em̄ scire totaz radicē vite christiane esse gratiā hāc gratum facientem:ex qua tot bona ꝓcedunt:quod sic ꝓbamus. Sicut enim in rebus naturalibus probamus opera nature esse opera itelligentie: ꝓpter ordinē quem in ꝓcessu nature videmus. quia videlicet a pͥcipio per media vsqꝫ ad finē sine errore sēper vel quasi semꝑ ordinate procedit. Sicut patet discurrendo in qualibet specie vel in quolibꝫ gn̄e rerum. Ita cū videamus omnes christianos eadē vnl

formiter credere ⁊ amare ⁊ operari q̄tuȝ ad ea que essentialia sunt in vita christiana: q̄uis in quibusdā accidētalibus diuersificētur propter ecclesie decorē et ordinate videamus eos in oībus ꝓcedere: nec aliquid contra rationē facere: necesse est confiteri vitā christianā ab aliqua intelligētia ꝓcedere. Cum ergo iam ꝓbatum sit hanc vitā nō posse ꝓcedere nec ab amore naturali corporeo: nec ab aīa vegetatiua: nec a sēsitiua nec ab intellectiua: nec ab influxu celesti: nec ab aliqua causa naturali: nec ab aliqua causa spirituali. sequitur ꝙ a sola intelligētia nō errante que deus est proprie ꝓcedat. Cū ergo omne mouens ⁊ agens agat ꝓpter finem: ⁊ deus christianos moueat ad finē supnaturalē: vt ꝓbatum est: necesse est dicere ꝙ animā christiani nō moueat ad hunc finem sine aliquo dono gratuito: id est sine gratia gratum faciente. Oportet enī mobile ꝓportionari mouenti ⁊ fini. Cum ergo mouens sit supnaturale ⁊ similiter finis necesse est mobile habere aliquod esse supernaturale. Preterea in rebus creatis nihil pficitur vltima pfectione per solam essentiā suam. immo essentia cuiuslibet rei create nuda est impfectissima. Perficitur ergo per qualitates ⁊ perfectiones superadditas. Et quelibet res naturales mediantibus qualitatibus ad fines suos pducuntur: quia solus deus qui est suum esse per seipsum sine aliquo extrinseco est simpliciter perfectus. Sicut ergo se habent creature ad suos fines naturales: ita se habet creatura rationalis ad suum finem supnaturalem: Sed nulla creatura attingit suum finem naturalem per propriam essentiam: sed per operationem

procedentem a qualitatibus ⁊ virtutibus eius illi
finiti proportionatis. Ergo nec creatura rationalis
attingere poterit finem suum supernaturalem nisi
per operationes procedentes a qualitatibus ⁊ vir
tutibus supnaturalibus fini videlicet supernatura
li proportionatis. Preterea si deus moueret crea=
turam rationalē ad finem supnaturalē sine aliquo
dono supernaturali: sequeretur ꝙ nō moueret chri=
stianos nisi eo modo generali ⁊ communi: quo ali=
as creaturas mouet. Cum enim gn̄aliter moueat
om̄s creaturas mediantibus virtutibus naturali=
bus earum si nihil homini christiano supadditur p̄=
ter id quod naturaliter habet: certe nō mouebitur
a deo nisi eo modo: quo generaliter alij hoīes mo=
uentur ab eo. i. per intellectū ⁊ voluntatē. Nō erit
ergo differentia inter christianū: nisi quando actu
christianus operatur. Quādo aūt dormit vel cessat
operari: sequitur ꝙ nihil plus habeat q̄ alij hoīes
quod est absurdū. Oportet ergo dicere ꝙ in anima
christiani sit aliquod donū supnaturaliter infusum
quod vocamus gratiam dei: a qua omnes virtutes
supernaturaliter infuse procedunt: continue perse=
uerans etiam dum operari desinit. Et hoc dicimus
esse fundamentū christiane vite: quia sine eo nullus
potest christianus esse: aut etiam nuncupari. Chri=
stianus enim a christo dicitur. Christus autem vn=
ctus nominatur. Unde christiani quasi a christo vn
cti appellātur. Hec autē vnctio nō corporalis est:
sed spiritualis: que aliter intelligi nō potest nisi si
cut dictum est.

¶ Conclusio nona.

Vita christiana oībus virib⁹ ad hoc ten
dit vt continue donū gratie augeat et
conseruet. Qui enim christianus esse ⁊
christiane viuere cupit: statim ad hoc
tendit: vt hoc donum gratie acquirat. Et si ipsum se
acquisisse arbitratur: studet totis viribus ipsuȝ au
gere ⁊ cōseruare. Finis enim quia per se amatur: si=
ne mensura diligitur. Media aūt diligunt cuȝ men
sura id est tantum ꝙtum sufficit ad finē consequen=
dum. Verum inter media est differentia. Quedā enī
sunt: sine quibus nullo mō finis haberi potest. Que
dam aūt: sine quibus haberi quidē posset finis: sed
nō ita bene ⁊ faciliter. Sicut autē tota intentio vo=
luntatis est ad finē: ita ⁊ vehemētius tendit ad me=
dia sine quibus finem consequi nō potest: ꝙ ad me=
dia: sine quibus ipsum finē consequi posset: licet nō
ita bene. Cum ergo christianus sciat ex fide scriptu
rarum sanctarum ꝙ sine dono gratie et charitatis
supernaturali nullo modo potest deo seruire ⁊ suam
beatitudinē consequi: etiam si omnia alia bona ope
ra faceret: ardentius tendit bonus ⁊ verus christia
nus ad augendum ⁊ conseruandum donum super=
naturale gratie ⁊ charitatis ꝙ ad operandum ope
ra exteriora: sine quibus beatitudinē in aliquo ca=
su consequi potest. Quia vt dicit apostolus. Ex ope
ribus legis non iustificabitur omnis caro coram il=
lo. Et iustitia dei manifestata est sine operibus le=
gis. ¶ Preterea in his que ordinantur ad finem
aliquem consequendum est quidam ordo: quia que
dam sunt fini ꝓpinquiora: quedam vero remotiora
Sicut autem medium primum fini ordinatur ad fi

nem immediate cõsequendũ:ita ꝛ media remota or-
dinantur ad mediũ proximũ fini tanꝙ ad finẽ suum
immediatũ. ¶ Nã in edificatione domus lapides
ordinant̃ ad parietes erigendos: parietes vero ad
domus constructionẽ. Gratia aũt gratum faciens
est medium proximum fini: quia per ipsaꝫ immedia
te consequimur vitam eternam. Unde dicit aposto-
lus. Gratia dei vita eterna. Et ideo cetera bona que
facimus ad gratiã ordinant̃ tanꝙ ad finẽ suum im-
mediatum: vt videlicet augeatur et conseruetur in
nobis dei cogitatio ꝛ amor continue per cordis pu-
rificationẽ augeatur. Preterea finis nobilior ẽ ĩjs
que ad ipsum ordinant̃. Ignobiliora vero ad nobi-
liora etiã in naturalibus rebus ordinant̃. Nihil au
tem est in bonis que dantur homini in hac vita pre-
ciosius gratia: qꝛ cũ spiritualia sint nobiliora corpo
ralibus. Inter spiritualia autẽ supnaturalia dona
sint preciosiora naturalibus: ꝛ inter supnaturalia
gratia gratum faciens ꝛ charitas: vt dicit apostolꝰ
teneat principatũ. Sequitur ꝙ nihil in bonis q̃ ho-
minibus dantur: sit preciosius gratia ꝛ charitate.
Unde qui habet oĩa alia dona sine gratia ꝛ charita
te nihil est. Qui aũt habet gratiã ꝛ charitatẽ deum
habentẽ oĩa habet. Et ideo sequit̃ ꝙ verus christia
nus tota intentione studeat hanc gratiã conserua-
re ꝛ augere: ꝛ oĩa que facit ad hoc ipsum ordinet tã
ꝙ ad illud sine quo nec christianus esse potest ꝛ fru-
stra in oĩbus aliĩs laboraret. Preterea in rebus na
turalibus videmus oẽs res summo desiderio appe
tere esse: ꝛ hoc intendunt sup oĩa conseruare ꝛ pfice
re. Unde totis viribus sue corruptioni repugnant.
et oĩa que habẽt etiã ipsa membra exponunt corru-

ptioni: oīmodo ↄseruetur esse. Cū ergo hoc oībus sit naturalissimū: ⁊ esse christiani inq̄tuȝ christian⁹ totaliter dependeat a gratia gratū faciente: patet q̄ verus xp̄ianus sūmo studio et desiderio appetit ↄseruare gratiam ⁊ charitatē ⁊ eā perficere ⁊ corruptioni eius totis viribus repugnat: vultq̄ȝ potius oīa alia bona tam tp̄alia q̄ sp̄ūalia ꝑdere ⁊ oīa mala sustinere: ⁊ ipām etiam vitam corporalem amittere q̄ gratiam ⁊ charitatē. Itaq̄ȝ oculus veri christiani semꝑ ad hoc qđ dictū est intendit: ⁊ oīa que agit: ad hunc finem ordinat. Quia aūt hoc donum ↄseruat ⁊ augetur ꝑ bona opera quoꝝ quedā sunt moralia: quedā vero cerimonialia: ↄsequens est vt videamus inter hec opa que sunt prima ⁊ principalia ad donū gratie augendum ⁊ conseruandum. Et primuȝ dicamus de operibus moralibus: quia hec sunt ꝓpinquiora gratie ⁊ charitati.

¶ Conclusio decima.

Oratio ꝓpinquius se habet ad donū gr̄e ⁊ charitatis augēdū ⁊ ↄseruāduȝ q̄ alia opera bona moralia. Oratio nāq̄ȝ ē petitio decens a deo: que nō fit nisi meditatiōe aliqua: ⁊ ↄtemplatione. In rebus aūt naturalibus hoc videm⁹: q̄ effectus q̄libet q̄to magis subiicit influentie sue cause: tāto magis ꝑficitur cum tota eius ꝑfectio depēdeat a cā sua. Quicūq̄ȝ vero humiliter petit a deo bona spiritualia: cognoscit ⁊ confitet se illis īdigere ⁊ ea a deo ꝓuenire ⁊ sic subiicit se magis ei q̄ per alia bona que agit. In quib⁹ talia nō cogitat sine oratione. Ūn ꝑ orationē maxīe habilē reddit aīam suam ad recipiēdum influentiam sue cau-

se:per quam augentur et conseruantur gratia et charitas et cetera precedentia dona. Preterea perfectio effectus est per assimilationem seu appropinquationem ad causam. Et ideo quanto magis effectus appropinquat cause sue: tanto efficitur perfectior. Cum ergo prima causa sit deus qui est in infinitum eleuatus super omnes creaturas: quanto homo magis appropinquat ei: tanto efficitur perfectior. Maxime autem facit appropinquare ei oratio: que est eleuatio mentis in deum. Non enim vere possumus orare: nisi eleuemus mentem in deum. Oratio ergo propinquissime se habet ad donum gratie augendum et conseruandum. Preterea virtutes perficiuntur per actus et operationes earum. Cum autem oramus: omnes actus virtutum quodammodo exercemus. Nam quantum pertinet ad virtutes theologicas: fides in ordine est prima que prodit in actum: sine qua christianus orare non potest. Spes etiam erigitur. Non enim oraret aliquis: nisi speraret obtinere quod optat. Charitas quoque accenditur: dum in oratione bonitas et misericordia atque liberalitas dei pensatur. Quantum vero pertinet ad virtutes morales: prudentia exercetur: dum in oratione percipitur quid agendum est et quid fugiendum christiano: et finis operum eius melius cognoscitur cum maxime cognitio agendorum in oratione petatur: iuxta illud. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Justitia autem perficitur: dum in oratione voluntas in hoc firmatur: vt reddat deo et proximo quod suum est. Fortitudo excitatur: dum qui orat firmat propositum seruiendi deo: et omnia propter eius amorem proponit tolerare. Temperantia quoque ad opus

suum in oratione egreditur:tum q꞉ dilectiones spi
rituales q̄ frequēter in orōne gustant carnales ex=
tingunt:tum q꞉ corpus affligitur. dū mens in altū
eleuatur. Quantū vero pertinent ad dona:clarꝫ est
ꝙ in oratione exercent:quia cum oramus luci eter=
ne appropinquamus. Et ideo donū intellectꝰ exer
cetur:dū de eternis in oratiōe magis mens illumi=
natur:⁊ dum orans ipsa eterna gustat sapiētie do=
nū ad opus exit. Dū vero deo appropinquās:crea
turas pro nihilo habet:sciētie donū exercetur. Dū
aūt de agendis illuminari desiderat:cōsiliuꝫ ad in=
quirendū accingitur. Et dū pro proximis etiā ora=
mus:ad suam operationē pietas inuitatur. Et dū ma
iestatem dei consideramus:timoris donū ab illici=
tis nos auertit. Dum aūt passionē christi ⁊ premia
eterna cogitamus:⁊ oīa pro eis amore pati dispo=
nimꝰ:fortitudinis donū exercēdo perficimꝰ: itaqꝫ
in oratione oēs virtutes ⁊ dona:quinimo om̄es aīe
vires excitantur ⁊ eleuantur atqꝫ perficiunt:quod
in nullo alio studio inuenies. Ergo ipa ꝓpinquius
se habet ad dona grē perficienda ⁊ ꝯseruāda:ꝙ ce=
tera bona opa. Preterea cū deus sit causa oīum in
esse ⁊ in fieri ipē est qui oīa opa nr̄a in nobis operat
Neqꝫ em̄ (vt dicit Apostolus) suffic̄iētes sumus co=
gitare aliquid a nobis tanꝙ ex nobis:sed oīs suffi=
ciētia nr̄a ex deo est. Ergo ꝙuis christianꝰ habeat
gratiam dei et dona eius:non tn̄ propter hoc absqꝫ
speciali dei adiutorio potest aliquid boni opari:ma
xime si ꝯsideremus ꝯrietates ⁊ pugnas carnis de=
monū ⁊ peruersoꝝ hoīm et multas alias difficulta
tes:que quotidie mortalibus occurrunt:a quibus

sine speciali dei adiutorio nullus valet explicari.
¶ Cum ergo deus tanq̄ prima causa om̄ia moueat ⁊ oporteat mobile proportionari mouēti: opus est q̄ homo bene se disponat ad huiusmodi motiones diuinas. Nullo aūt modo melius et propinquius se disponere potest q̄ per orationē: per quā eleuatur a corpore ⁊ imediate deo coniungitur Ergo oratio se habet ꝓpinquius ad dona gratie augēda et conseruāda q̄ alia moralia opera. Preterea causa prima plus influit in effectum q̄ scđa. Nam primo aduenit ⁊ vltimo recedit. Cū ergo ꝑseuerātia in gratia dei ⁊ in bonis oꝑibus sit cōtinuatio quedā vsq3 ad finē. id est vsq3 ad vitam eternā: nō potest hic motus continuus fieri: nec conseruari: nec ad finē perduci: nisi semꝑ ⁊ primo adsit manus domini motu3 huiuscemodi ꝯtinuās. Cum autē oporteat etia3 q̄ homo non se subtrahat ab hoc influxu: sed magis se semꝑ habilem ad huiusmodi continuationē motus exhibeat: ⁊ hoc maxime per orationē fiat: que ipsam animam cum omnibus potentijs suis primo motori coniungit: ⁊ ad motu3 habilitat: manifestū est q̄ oratio inter omnia opera maxime nos conseruat in gratia dei. Et ideo bene dn̄s Jesus dixit. Oportet semper orare ⁊ non deficere.

¶ Conclusio Undecima.



Inter opera cerimonialia deuotus ⁊ frequens vsus sacramēti penitētie ⁊ eucharistie est potior ad augendā ⁊ conseruandam gratiā q̄ vsus aliarū cerimoniaru3. Cerimonialia nāq3 ecclesie sunt in duplici differentia; q: quedā conferunt gratiā instrumentaliter ex

opere operato: quedā vero nō conferūt gratiā nisi ex opere operātis. id est ex deuotione faciētis illa. Prima quidē sunt sacramēta noue legis: que sunt principalia in cerimonialibus: q ad ipsa cetera ordinant. Ut aūt intelligat quomodo hec sacramēta conferūt vel causant gratiā: Sciendū est q causa instrumentalis duplicē habet virtutē. Unā quidē ex propria forma. Alterā vero ex ratione principalis agentis. Serra eñi ex ppria forma que est in materia ferri: hab; q secet. Sed q formā scamni inducat nō habet nisi ex motione principalis agētis. Est ergo sciendū q aliqñ instrumēti virtus attingit vltimam formā: vt celū motū ab intelligentia attingit vsq ad animā sensitiuā producendā. Aliquādo autem nō attingit vsq ad vltimā formā vt ipsum celum nō attingit vsq ad productionē anime intellectiue: sed solū attingit vsq ad vltimā dispositionē materie pro introductione anime quā solus deus creat et creādo vnit materie disposite. Sacramenta igitur noue legis dicimus esse instrumenta gratie: nō que ptingant vsq ad gratiā que est a deo solum per creationē. Sed pertingunt vsq ad characterē qui quidē character ē dispositio vltima ad susceptionem gratie: nisi suscipiens prestet impedimentum. Quod aūt hec sacramēta conferant hoc modo instrumentaliter gratiā: nō solum sanctorum auctoritatibus clarū est: sed etiā aliqua ratione potest persuaderi. Nā philosophi propter admirari ceperunt philosophari. Uidētes eñi effectus: et causas ignorantes ceperunt admirari. Qui enim admiratur: ignorare videtur: vt qui videt eclypsim lune et causam ignorat admiratur. Qui autem non ignorat

causam nō admiratur. Quia aūt oēs hoīes natura scire desiderāt: et scire est rei causam cognoscere: statim qui admiratur: inclinat animū ad querendum causam illius effectus de quo mirabat. Experimento aūt quotidiano cognoscimus: quinimo in ecclia post ascensionē Christi hic effectus apparuit manifeste: videlicet oēs qui sacramētis ecclesie se subijciunt et maxime qui deuote frequentant sacramentū penitētie et cōmunionis in vita christiana semp crescere. Qua nulla melior: vt dictum est: inueniri pōt Ita q quanto quotidie meliores et sanctiores fiunt tanto etiā deuotius et cum maiori feruore hec sacramenta suscipiunt. Et quanto deuotius hec sacramēta suscipiunt: tanto quotidie meliores fiunt. At cōtra qui irreuerenter hec sacramēta frequentant: maxime sacramentū eucharistie: efficiunt peiores omnibus hoībus: vt patet ī clericis malis et religiosis. Quod certe esse nō posset: nisi in his sacramētis aliquid diuine virtutis inesset tanq in his que sunt instrumenta diuina ad effectus gratie in bene dispositis specialiter ordinata. Qd aūt vsus frequens illorum duoz videlicet eucharistie et penitētie cū reuerentia et deuotione sit potior q vsus aliarū cerimoniarū ad gratiā augendā et conseruandā: modo probemus. ¶ Est ergo sciendū q hoz sacramētoz quedam possunt iterari et quedā nō. Nā ea q imprimūt characterē: qui indelebilis est: iterari nō possunt: vt baptisma et confirmatio et ordo. Quedā aūt iterari possunt: sz nō frequētari: vt matrimoniū et extrema vnctio. Quedā vero et iterari et frequētari pnt: vt penitētia et eucharistia. Cū ergo nūc loquamur de vita christiana et de eius augméto et cōseruatione ser=

monē nostrū dirigimꝰ ad eos qui iā sunt baptizati
et cōfirmati. Et cū baptisma ꝛ cōfirmatio iterari nō
possint: nec debeāt. patet ꝙ ad augendā ꝛ ꝯseruan
dam grām de istis nō opꝫ āplius loqui. Extrema ve
ro vnctio nō nisi in extremis vite datur: ꝛ ideo de ea
etiā nunc nihil dicēdū est. Sacramēta aūt ordinis ꝛ
matrimonij nō ptinēt ad oēs xp̄ianos. Et ordo ite=
rari nō pōt. Matrimoniū etiā nō pōt frequētari. Et
ideo nō possunt poni inter cerimonialia: maxīe vti=
lia ad augendā gratiā ꝛ ꝯseruandā. De sacramēto
ergo penitētie ꝛ eucharistie bene diximꝰ ꝙ vsus fre
quens eoꝝ est potior ad grām augendā ꝛ ꝯseruādā
ꝙ̄ alia cerimonialia. Nā alia aut nō conferūt gratiā
ex opere operato: aut si conferūt gratiā nō possunt
iterari: aut si possunt iterari: frequētari tñ non pos=
sunt. Hec aūt duo ꝛ cōferūt gratiā: ꝛ iterari ꝛ frequē
tari possunt. Patet ergo ꝙ hec duo sunt maxīe vti=
lia ad gratiā augendā ꝛ cōseruandā inter oīa ceri=
monialia. Preterea summa iustitia in hoc cōsistit:
vt homo vitet pctā: ꝛ opera virtutū sectet᷑: iuxta il=
lud. Declina a malo ꝛ fac bonū. Sacramētū aūt pe
nitētie facit declinare a malo: ꝛ sacramētū ꝯmunio
nis cōuertit aīam ad bonū. Nā per primū delentur
pctā: per secundū ꝯformamur Xp̄o. Ergo frequens
vsus istoꝝ nos in iustitia ꝑfectos reddit. Preterea
sacramētū ꝯmunionis ꝯtinet realiter xp̄m: qui est
fons totiꝰ grē: qđ nō hñt alia sacramēta. Cum ergo
oīa cerimonialia eccłie ad sacramēta ordinent᷑: ꝛ oīa
alia sacramēta ad sacramētū eucharistie tāq̄ ad no
bilissimū interea ꝛ ꝑfectissimū: ꝛ oīa tandē ordinent᷑
ad gratiā causandā augendā ꝛ conseruandā patet
ꝙ sacramentū communionis propinquius se habꝫ

ad gratiam causandā ꝛ augendā ꝛ conseruandā: ꝙ quodlibet aliud sacramentū. Et cū ad hoc sacramē tum nullus accedere debeat nisi purgat⁹ sacramē- tum penitētie cōcomitat ipsum. Et ideo per frequē tationē huius mysterij accendit deuotio christiano rum: ꝛ grē dona cōcrescūt magis ꝙ per alia cerimo nialia. Preterea cū omnia cerimonialia ad sacra mentū cōmunionis ordinent: vt dictū est. xp̄ianus deuote accedēs ad ip̄m prius disponit se ꝛ aiam pre parat purgādo primo eā per penitētiā ꝛ cōfessionē peccatoꝝ: deinde bonis opibus ornando. Mentem quoqꝫ per lectiones sacras ꝛ meditationes sanctas et orōnes deuotas ꝯtēplationesqꝫ diuinas ad deū eleuat: ꝛ seip̄m in amorē diuinū ꝛ in ꝯtemptū terre- noꝝ accēdit. Unde fit per dispositionē precedentē ꝛ per efficaciā sacramēti ꝛ p gratiarū actiones sequē tes post assumptionē eius: vt in eo mirabiliter au- geatur grā ꝛ feruor diuinus ꝛ prōptitudo volunta- tis ad oīa opera bona: ꝛ ita hec frequētando xp̄ia- nus paulatim crescit: ꝛ in alterū virū mutat: ꝛ effici tur plusꝙ homo: sicut patet in primitiua ecclīa: qn̄ quotidie xp̄iani cōmunicabāt. Adeo em̄ feruētes erant vt martyria ꝛ mortem pro nihilo reputarent immo alacri vultu ꝛ magno desiderio ipsa desidera bant. At cōtra nr̄is tp̄ibus postꝙ fere oēs xp̄iani ad hoc redacti sunt: vt tantū semel in anno cōmuni cent: ꝛ cū modica p̄paratiōe: facti sunt pessimi ꝛ pe iores etiā paganis: ꝛ quotidie deteriores efficiunt. Singlīs em̄ annis cōfitent: ꝛ tn̄ ad eadē pctā reuer tuntur: semp deo ꝓmittētes bene viuere: ꝛ nunꝙ ꝓ- missionē seruātes. Nostri quoqꝫ sacerdotes qui si- ne deuotione ꝛ reuerātia sacramētū ꝯmunionis fre

quẽtant:facti sũt peiores laicis. Quo nihil posset
esse deterius in eccl'ia. Cũ ergo xp̄iani veꝝ cultum
dei relinq̃runt:ad tantã hodie cecitatẽ deuenerũt:
vt ignorẽt etiã nomẽ suũ q̃d significet. Nesciũt eñi
quid sit esse xp̄ianuꝫ:nec in quo ꝯsistat verus cult⁹
dei. Exteriorib⁹ eñi cerimoniis occupati interioreꝫ
cultũ ignorãt. Nunq̃ eñi vel raro scripturas legũt
⁊ legẽtes nõ intelligũt vel intelligẽtes nõ gustant.
Immo dicũt. Aĩa nr̃a nauseat sup̲ cibo isto leuissi-
mo. Quis nobis det vt audiamus eloquẽtiã Cice-
ronis ⁊ v̈ba poetaꝝ resonantia: ⁊ Platonis dulce
eloq̃um: ⁊ subtilitates Aristotelis: Hec eñi scriptu-
ra simplex est ⁊ mulierculaꝝ cibus. Predicate no-
bis subtilia. Et ita p̄dicatores sequunt̃ populũ. Et
sanã doctrinã sustinẽtes ꝯuersi sunt in vaniloquiũ
ad sua desideria coaceruãtes sibi magistros pruri-
entes auribus: ⁊ a veritate se auertentes ad fabu-
las linguã conuertũt. Principes quoqꝫ ⁊ optima-
tes ⁊ capita populoꝝ nolunt veritatem audire: sed
dicũt. p̄dicate nobis placẽtia. Decipite nos adula-
tiõib⁹ vr̃is. Dicite nobis mẽdacia. Annũciate no-
bis bona. Et p̄pter hoc pp̄l'us xp̄ianus ĩ maximis
tenebris hodie obscuratus est. Si eñi bene viuere-
mus ⁊ scripturas sanctosqꝫ doctores legeremus et
predicaremus: nõ esset opus mihi hec scribere. Nã
scripture ⁊ sancti si pura mente inuestigentur: hec
oĩa dicunt. ¶ Quoniã ergo de vita christiana ĩ quo
essentialiter ꝯsistat: ⁊ quib⁹ instrumẽtis principa-
liter conseruetur ⁊ augeatur tractauimus: cum vt
diximus. ad eam sequatur simplicitas cordis. Con
sequens est: vt hanc simplicitatẽ tractemus.

¶ Liber Secūdus. De simplicitate xp̄iane vite.
¶ De cordis Simplicitate.
¶ Prima Conclusio



Oportet nos p corporalia ītelligere spiritualia. In naturalibus em̄ videm⁹ q cognitio fit p hoc q forma aliqualiter eleuatur a materia. Et ideo plāte q̄uis sint animate: quia tn̄ anima eo⁊ est nimis materie immersa: nō eleuat ad cognitionez aliquā. Animalia etiā imperfectissima q̄ sunt similia plātis: vt poste petris ⁊ terre affixa: vt ostrea ⁊ ↄchilia imperfectissimā hn̄t cognitionē. Alalia vo pfectiora tāto pfectiorē hn̄t sensus cognitionē: quanto eo⁊ forma magis dominatur materie. Quia autē aīa intellectiua ē magis eleuata a materia q̄ anima ceterorū animaliū: eo q potentia intellectiua non est affixa organo corporali: ideo homo hz cognitionē nobiliorē q̄ cetera animalia: id est cognitionē intellect⁹. Cuz aūt intellectus eius (vt experientia docet) sine sensu nō possit cognoscere. Vn̄ qui a natiuitate caret vno sensu: caret etiā sciētia eo⁊ q̄ ad illū sensū ptinent. Cecus em̄ nō iudicat de coloribus: sequit q intellectus nō possit nisi per corporalia et sensibilia aliq̄d cognoscere. Et ideo experimur q cuz spiritualia p similitudines corporaliū pponūtur: melius ab hominibus intelligunt ⁊ tenacius etiā memoria retinent: et ipsi etiā in eis tanq̄ in sibi cōnaturalibus delectant. Ideo scriptura sacra vtitur similitudinibus ⁊ parabolis: qr deus puidet vnicuiqꝫ creature scd̄m conditionem nature vniuscuiusqꝫ. Ergo a corporalib⁹ incipiam⁹: vt facilius spūalia itelligam⁹

¶ Secunda conclusio.

Simplicitas reruz multipliciter dicitur. In rebus enim corporalibus que nobis notiores sunt dicimus illa corpora esse simplicia: que non componunt ex elementis Que aut ex elementis componunt: dicimus mixta et composita. Elementa ergo ipsa et celestia corpora dicimus corpora simplicia. Sed quia ipsa etiam nonnullam habent compositionem: quia componuntur ex materia et forma. in comparatione eorum formas rerum naturalium simplices appellamus. i. non composita ex materia et forma. Et hoc modo etiam angelorum substantias simplices appellamus: sed quia substantie angelorum habent aliquam compositionem: videlicet ex essentia et esse ex accidente et subiecto: possumus eas appellare compositas substantias. Accidens vero et esse substantie create non componuntur ex essentia et esse nec ex accidente et subiecto: aliter procederetur in infinitum. Unde sunt simplicia: quia non componunt ex aliquo Tamen non habent omnimodam simplicitatem quia veniunt in compositionem aliorum. Cum vero deus sit suum esse quod a sua substantia non differt: nec in eo sit aliquod accidens: nec in aliorum compositionem ipse veniat: sed quicquid est in deo est deus: solus deus est vere et absolute simplex.

¶ Tertia Conclusio.

In simplicibus rebus quanto aliqua sunt simpliciora: tanto sunt perfectiora. Perfectum enim dicitur quasi perfecte factum. Unumquodque autem tunc primo dicitur factum: quando primo habet esse: quod sequitur formam. Perfectio

ergo se tenet ex parte forme. Naz materia est quid imperfectum: et perficit per formã. Quãto ergo aliquid plus habz de forma: plus etiã habet de perfectione: Simpliciora aũt plus habent de forma. Ergo et sunt pfectiora. Uidemus eñi ad sensum q simpliciora elementa sunt magis actiua. Actio aũt sequit formã. Et ideo simpliciora plus habent de forma q̃ crassiora. Et per ꝯsequens sequitur q sint eis pfectiora. Nã aqua est pfectior terra: et aer aqua: et aere ignis. Et corpora celestia pfectiora elementis Inter angelos quoq superiores sunt simpliciores et perfectiores. Deus aũt qui est summe simplex: ẽ perfectissimus.

¶ Quarta conclusio.

Simplicitas quoq spiritualiter dicta et moraliter multipliciter dicit. Est eñi q daz simplicitas stulta: quia quidã dicũtur simplices ꝓpter ignorãtiã: et isti assimilant simplicibꝰ elemẽtis. Nã qdã nec p se aliquid discere: nec ab alijs etiã de primis et manifestissimis rebꝰ instrui pñt. Et illi assimilant terre: que tota est opaca et nõ põt a lumie penetrari: sed in sola supficie lumẽ solis recipit. Ita isti tãq̃ bruta aialia solã supficialẽ cognitionẽ sensitiuã videtur hr̃e. Nec ab aliquo lumine instructiõis penetrari pñt. Quidã vero de aliquibus primis rudimẽtis pñt erudiri p exẽpla aliqua sensibilia. Et isti assimilãt aque: q̃ recipit radios solis etiã in ꝓfundo: sed nõ clare. Quidã aũt pñt capere aliq̃ subtiliora qñ ab alijs docent: nõ tñ p seipos sũt idonei addiscere: nec fortiter ea q̃ didiscerũt retinere. Et isti assimilãt aeri: q̃ p se lumẽ nõ

habens faciliter ꝛ clare ipm recipit ꝛ faciliter etiã amittit. Quidã aũt possunt ꝛ ab alijs ꝛ a seipsis aliquid discere: sed nõ subtilissime: vt studẽtes quidam qui mediocres sunt. Et isti assimilanẽ igni: qui ꝑ se aliqd luminis videẽ hr̃e: licꝫ quidã dicãt q̄ nõ lucet in ꝓpria sphera: ꝛ lumẽ etiã extrinsecũ recipit: vt lumen solis. Itaqꝫ oẽs isti simplices vocanẽ: qꝛ faciliter ab astutis decipiunẽ ꝓpter ruditatẽ ingenij eorum. Simplicitas dr̃ etiã alio modo ꝑ repugnantiam ad duplicitatẽ. Dicimus eñ aliquos esse duplices: qꝛ aliud dicunt: ꝛ aliud faciũt: qui simulatores appellanẽ. Quibus qui oppositi sunt simplices dicunẽ: qꝛ cor ꝛ v̄ba ꝛ facta eoꝝ ꝯcordãt. Et isti assimilantur celo: qꝺ q̄uis habeat multitudinẽ stellarũ ꝛ virtutẽ multiplicẽ ꝛ diuersitatẽ spheraꝝ: tñ in toto celo ꝛ in oĩ motu eius tanta cõformitas ꝛ tãta in virtutibꝰ eius ꝛ motibꝰ harmonia: q̄ ẽ ibi quodammõ quedã simplicitas. Ita q̄uis quidã doctissimi sint et astutissimi: prudẽtesqꝫ in rebus oĩbus: tñ simplices dñr: qꝛ abiecta a seipsis oĩ duplicitate: in dictis eoꝝ ꝛ factis ꝛ cogitatibus est mira cõformitas: que hoc secũdo mõ simplicitas appellaẽ. Simplicitas quoqꝫ dr̃ alio mõ ꝑ appropĩquationẽ ad summã simplicitatẽ q̄ est deus. Quãto eñ qd magis appropinquat primo in vno quoqꝫ genere: tanto est magis tale. Sicut quãto quis magis appropinquat igni: est magis calidus. Creature aũt dicuntur appropinquare deo per assimilationẽ. Quanto ergo quis magis assimilaẽ deo: tanto etiã est simplicior. Assimilatur autẽ magis homo qui est in gratia dei: q̄ ille qui nõ est in grãtia. Et ideo qui sunt in gratia dei dicuntur simplices: nõ solum qꝛ sunt integri et in dictis

et factis ꝛ cogitatibus vniformes: sed etiã per appropinquationẽ ad deum. Et isti assimilantur angelis ꝛ beatis qui quanto maiorẽ beatitudinẽ habẽt: tanto simpliciores sunt. Unde etiã qui maiorẽ gratiam habet in hac vita: maiorẽ etiã habet simplicitatẽ ꝛ perfectionẽ.

¶ Quinta conclusio



Uita christiana simplicitatẽ tertio ꝛ secũdo modo dictam includit. Sicut eñ nulla res põt esse vel nominari homo nisi habeat animam intellectiuã: ita nullus homo potest esse vel nominari proprie christianus: nisi sit vnctus vnctione gratie spiritussancti: que est forma christiani: vt ex supioribus patet. Unde quilibet christianus habet simplicitatẽ tertio modo dictam: quia vero gratia pficit animam per virtutes ab ea procedẽtes ꝛ maxime per charitatẽ. Uirtutes aũt dirigunt potẽtias ad actus virtutum non potest duplicitas que est maximũ vitium: stare cum gratia ꝛ charitate: qu: oẽs aĩe vires ordinat scḋm precepta dñi. Et sic patet ꝙ simplicitas secũdo modo dicta includitꝛ in vita christiana. Et si quis obijciat ꝙ gratia ista stat cum peccato veniali: duplicitas aũt quanq ꝫ est veniale peccatum. Respondemus ꝙ intelligimus de duplicitate que est proprie vitium ꝛ peccatũ mortale. Illa enim que est peccatum veniale: est adeo parua: vt pro nihilo reputetꝛ. ¶ Sciendũ est tamen ꝙ etsi non sit directe gratie contraria: disponit tamẽ animam ad gratie amissionẽ. Et quanto magis quis proficit in gratia tanto minus etiam habet de hac parua duplicitate: que

semper vero christiano debet displicere. Quinimmo respōderi potest: q̄ christianus inq̄tum christianus eam nō habet: sed eam odit: Naz inq̄tum eam amat ⁊ sequitur: intantū non est christianus. Sicut homo inq̄tum albus albus nō est homo. Et ideo dicimus q̄ vita christiana scd'm se includit simplicitatem secundo modo dictam: ⁊ oēm duplicitatē excludit. Et hoc est verius.

¶ Sexta conclusio.

Simplicitas christianorū nō excludit prudentiā immo includit eam. Cum enī prudentia sit recta ratio agibiliū: si loquamur de simplicitate christiana eorū qui sunt hebetis ingenij: vt est simplicitas quarundā muliercularū ⁊ puerorum ⁊ quorundā rusticorum: q̄uis tales nō habeant rectam rationē agibiliū respectu regiminis proximorum: tamē per gratiā dei habēt rectā rationē regiminis agibiliū que pertinent ppriā salutē. Nā gratia dei trahit secū oēs virtutes tam theologicas q̄ morales: vt dictū est. Virtutes aūt inclinant potētias anime ad pprias operationes: que sunt obseruationes mandatorum dei. Unde per gratiā ⁊ virtutes infusas ⁊ per continuum influxū diuinū tales dirigunt: ⁊ q̄tum ad intellectum ⁊ q̄tum ad effectū: ad excogitanda ⁊ perficienda ea que pertinēt ad propriā salutē. Et q̄uis de eis nesciant iudicare per principia philosophie sciunt tamen iudicare de eis per modum cuiusdam inclinationis. Quia iustus est ipsa regula operum iustorum: ⁊ ex sua propria inclinatione cum adiutorio dei dirigitur ad bonum sicut scriptum est. Sim-

plicitas iustoꝝ diriget eos. Eos quoq; christianos qui sunt sagacis ingenii: et vt ita dixerim: astuti et prudētes in rebus agibilib⁹ ⁊ in sciētiis subtiles et versuti: non propter hoc dicimus nō esse simplices. Alioquin ipse deus qui omnia nouit: ⁊ videt decipientem ⁊ eum qui decipitur: nō esset simplex. Similiter nec angeli: qui tam magna scientia sunt prediti: vt ad comparationē eorum homines nihil sciant. Scientia ergo ⁊ prudentia nō tollit simplicitatem: immo perficit. Nam christiani dicuntur simplices eo ꝙ per gratiam summe trinitati simplici deo coniunguntur ⁊ in dictis ⁊ factis eorum nullam pretendunt duplicitatem aut simulationem. Et quia vt dictum est: per corporalia intelligimus spiritualia: possumus diuersos gradus christianorum comparare diuersis gradibus simplicitatis corporum et etiam angeloꝝ. Uerum quia christianus quilibet habet lumen gratie in se: nullum cōparabimus terre aut aque aut aeri: sed incipiemus ab igne. Quidam igitur christiani sunt rudes ingenio: qui cū habeant lumen fidei ⁊ ardorem charitatis comparantur elemento ignis: qui calidus est ⁊ lucidus. Sicut autem ignis magis feruet calore ꝙ̄ luce: ita frequēter tales simplices magis feruent charitate ꝙ̄ prudentia ⁊ doctrina. Quidam autem ingeniosi sunt ⁊ prudentes: ⁊ ad ea que pertinent ad vitam actiuaꝫ docti. Hi ita celo assimilantur: quod lucidum est: et suo motu ⁊ influentia hec corpora inferiora gubernat. Quidā aūt sunt mente eleuati: ⁊ ad diuinas illuminationes suscipiendas peruii: vite contemplatiue deditit: qui possunt alios docere: ⁊ illūinare eos

qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedent. Hic ergo
assimilanṫ Angelos qui in ministerium mittuntur
propter eos qui hereditatem capiũt salutis. Quã
uis ergo simplicitas primo modo dicta aliqualiter
videatur posse christianis competere: tamen pro-
prie attenditur eorum simplicitas secundum illuʒ
modum tertium: scilicet per appropinquationẽ ad
deum per gratiam: quia primus modus simplicita
tis si sit gratia priuat⁹: stultitia potius est. Scd̃us
vero q̃uis difficile sit ipm̃ inuenire sine gratia: si ta
men inueniatur simplicitas imperfecta ⁊ informis
dicetur. Cum vero appropinquat deo per gratiam
que eleuat animam ad participationem diuine na-
ture: que est sũme simplex: pficiṫ. Terti⁹ igiṫ mod⁹
continet secundum: quia quilibet christian⁹ verus
a se omnem duplicitatem expellit: primũ aũt imp
fectum nõ relinquit: qui gratia perficit naturam: ⁊
dirigit etiam ignorantes in viam bonam.

¶ Septima Conclusio.

CHristian⁹ quilibet debet conari: vt ad p
fectaʒ simplicitatem perueniat. Quili-
bet enim conari debet appropinquare
deo: ⁊ ei assimilari q̃tum potest: sicut di-
cit apostolus. Estote imitatores dei sicut filij charis
simi. Cum autem simplicitas christiana in hoc con
sistat: vt homo per gratiam assimiletur deo: ⁊ vt in
dictis cogitatibus ⁊ factis eius vniformitas appa
reat. Patet q̃ quilibet debet conari ad perfectam
simplicitatem peruenire. Perfectam autẽ simpli-
citatem tunc se quilibet estimet adeptuʒ quãdo vi-
derit se totum deo vnitum: et quodammodo nihil

sapere nihilq3 intelligere nisi deu3. Et vt per singu-
las anime potentias discurramus ab essentia inci-
piendo dicamus. Siquis est deo vnitus per gratiā
vt vnus sit spiritus cum eo. Si omnia que intelle-
ctus eius intelligit aut contemplatur sunt deus:
vel ad deum relata. Si omnia que voluntas amat
ꝛ desiderat sunt ipse deus: vel ꝓpter deum dilecta ꝛ
desiderata. Et similiter odio habita que sunt odio
digna. Si memoria semper deum retinet ꝛ benefi-
cia eius. Si phantasia crucifixū ꝛ ea que ad ipsum
pertinent semꝑ ante oculos habet. Si ꝓpter deu3
auertūt se oculi a vanitatibus: aures a v̄bis malis
audiendis: Nares ab odoribus lasciuis: Gustus a
suꝑfluo cibo ꝛ potu. Tact⁹ a venereis: ꝛ cetera mē-
bra corporis siquis auerterit a pctō et faciat illud
qđ dicit apl's. Sicut exhibuistis mēbra vestra ser-
uire immūditie ꝛ iniquitati ad iniquitatē: ita nunc
exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctifica-
tionē. Et siue mādučatis siue bibitis: siue aliud qđ
facitis oīa in gloriā dei facite: vt in oībus glorifice
tur deus qui operatur omnia in omnibus: qui ē be-
nedictus in secula Amen. Hic vere christianus ꝛ ve
re simplex sicut columba: ꝛ prudēs sicut serpēs ap
pellabitur. ¶ Tota ergo vita christiana ad hoc tē-
dit: vt purificetur ab omni infectiōe terrena tam in
parte intellectus ꝛ volūtatis ꝙ etiam in parte sen
sitiua ꝛ totius corporis: vt homo totus mūdus effi
ciatur templum dei sanctificatum: ꝛ luceat sicut lu
cerna in caliginoso loco: vt vidētes homīes opera
eius bona glorificēt patrē nostrum qui in celis est.
¶ De simplicitate ergo interiori hec dicta sint.

¶Liber Tertius De simplicitate xpiane vite.

¶De Simplicitate exteriori.

¶Prima conclusio.

Simplicia exteriora ea dicimus que procedũt a forma interiori a deo vel naturaliter vł supnaturaliter indita: ⁊ artis inuentionẽ nõ demõstrãt. Ea em̃ que a forma naturali procedunt naturalia dicimus: ⁊ naturaliter nõ artificialiter procedere. Quia natura nõ facit ea que sunt artis. Nõ em̃ natura facit domos: vel vestes: vel aliquid huiusmodi. Similiter ea que procedunt a forma diuinitus supernaturaliter ĩfusa dicim⁹ opa diuina: nõ aũt artificialia. Ea em̃ dicimus artificialia: que ab humana ĩuentiõe pcedũt. Motus ergo corporis hoĩs ⁊ sensuum dicimus esse naturales: quando sequunẽ naturalem hoĩs inclinationẽ. Et similiter loquelã dicimus naturalem: quando quis loquitur scd̃m vsum alioꝝ hominum cũ quibus ꝯuersatus est a pueritia sua: qꝛ illc vsus ꝯuersus est in naturã. Quam naturã dum sequitur in loquẽdo: dicitur loqui naturaliter nõ artificiose Quando aũt non sequitur vsum ⁊ consuetudinem alioꝝ neqꝫ suam: prout scilicꝫ a pueritia didicit: sed conatur imitari alterius loquelã vel eloquentiam dicitur loqui secundum artẽ. Similiter qui gratia dei ⁊ charitate plenus est si verba sua profert ꝑut ab illa forma. id est a gratia ⁊ charitate subministrantur: dicitur loqui a spiritu dei non artificialiter. Sed si careat gratia ⁊ charitate: ⁊ verba iustorum in mediũ proferat: artificiose dicitur potius loqui

ꝙ ex spiritu dei. Idem etiam dicimus de aliis operi bus ⁊ motibus. Quod aūt huiusmodi opera ab in= feriori forma siue naturali siue supernaturali pro= cedentia simplicia appellentur: manifestum est ex cōmuni vsu loquentiū. Nam cum quis loquitur p reglas artis rhetorice dimissa ꝓpria naturali vł cō suetudinaria inclinatiōe: vel aliquid aliud hoc mō operaꝛ: statim dicimus ꝙ nō simpliciter loquiꝛ vel operaꝛ: sed ꝙ artificiose oīa facit. Ex q̄ ptꝫ ꝙ hoīes naturalia opa vocāt simplicia: artificialia vero nō simplicia. Nā et natura facit oīa sua simplicia ⁊ ni= hil hn̄t artificiū hūani. vñ iā dictū est ꝙ natura nō fa cit ea q̄ sunt artis. Ars tamen conatur imitari na= turam. Et quia nō pōt eā equare; dicimus ea ꝓprie artis esse: que artifices operātur: ⁊ nō vere naturā imitanꝛ. Unde vulgariter cōsueuimus dicere de pi ctore ꝙ nimis artificiose vult ꝓcedere quando scilꝫ nimis ondit artē q̄ nō vere imitaꝛ naturā.

¶ Secunda conclusio.



Omnib⁹ hoīb⁹ naturaliter magis pla= cēt opera simplicia ꝙ̄ artificialia. Ope= ra eñ simplicia: vt iaꝫ dictum est: proce= dunt ab inclinatione forme indite a deo Et ideo opa simplicia sunt opera Dei. Unde etiam dicitur a philosophis ꝙ opus nature est opus ītel= ligētie. Opera autē artificialia procedunt a forma artis: que a lumine intellectus nostri inuenta est. Unde opera artis sunt opa que immediate proce= dunt ab inuētione humana. Cum ergo opera natu re sint per se ꝑfectiora ⁊ pulchriora ꝙ̄ opera homi= nuꝫ sequitur ꝙ etiā naturaliter magis placeant ꝙ̄

opera hoim. Ex quo sequit q opera simplicia naturaliter magis placeãt hoibus q opera artis. Preterea videmus q ipsi arti magis placẽt opera nature simplicia q opera sua ppria q querit imitari naturã et facere opera sua: sicut opera nature qtũ põt Et si artifices possent sua artificialia opa facere naturalia nõ est dubiũ quin hoc facerẽt. vñ videmus q conant abscõdere artẽ. Oratores eñ docẽt: vt oẽs addiscãt quidẽ artẽ: sed tñ dũ orant: abscondũt eam Similiter pictores conant abscõdere artẽ vt opera videant naturalia. Experimur quoqz q actus et verba puero et infantiũ delectãt oẽs: q nihil hñt artis nec duplicitatis: sed naturaliter pcedũt a forma eorum purissima. Hinc est q oratores et poete qui artẽ sequunt: parum orãdo prosunt. Siliter pdicatores qui arte vtunt: nullũ fructũ faciũt. Sed apostoli et alij pdicatores qui verba ptulerũt per spiritũ Dei totũ mundũ cuerterũt. Et quis opera artis videantur placere hoibus: tñ si recte considerent: inueniemus q eo magis placẽt: quo magis naturã imitantur. Unde et laudãtes picturas dicũt. Ecce hec aialia vident viuere: hi flores vident naturales.

Tertia conclusio.

Uerus christianus simplicitatẽ exteriorem maxime diligit et amplectit. Unuz quodqz enim agens agit simile scdm formam qua agit. Homo enim generat hominem: et equus equum. Dico autem scdm formam qua agit. Quia edificator quãuis domum faciat: que non est similis ei inquantum est homo: est tamen similis ei inquantum est edificator. Non enim

inquantum homo edificat domum: sed inquantum edifica tor: cuius forma est idea domus per quam domum edificat. Opera enim exteriora diuersarum rerum sunt diuersa propter diuersitatē formarum. Nā vitis alia folia τ alios fructus producit q̄ oliua: τ alia oliua q̄ vitis: q2 alia est forma oliue: τ alia est forma vitis. Scd'm ergo exigentiā forme ꝓcedunt fructus et folia. Unde dicit dominus. A fructibus eorū cognoscetis eos. Non enim ex spinis colligunt vuas: neq3 ex tribulis ficus. A forma ergo simplicitatis interiori nō potest exterius procedere nisi simplicitas. Et cum omne simile diligat suum simile: et oīs causa effectum suum: et oīs homo opus suum: sequitur q2 simplicitas interior diligat exteriorē τ amplectatur eam. Cum ergo verus christianus simplicitatem interiorē habeat: τ conetur ad eam totis viribus perficiēdā tendere sequitur q2 exteriorē simplicitatem amet: amplectatur τ seruet.

Quarta conclusio.

Qui simplicitatem exteriorem nō amat: christiane viuere non potest. Jam enim dictū est q2 ex diuersitate formarū est diuersitas operū. Nam quelibet forma habet ꝓpriā inclinationē τ operationē. Cū ergo ex gratia christianus inclinet ad simplicitatē: quā conatur intus perficere: sequit ex hac forma: vt dictus est: inclinatio ad simplicitatē exteriorē: Sicut ergo nihil potest habere formā grauitatis: sine inclinatione tendendi deorsum: ita nullus pōt habere gratiam τ simplicitatē interiorem sine inclinatione ad

simplicitatē exteriorē. Et sicut id quod naturaliter
nō tendit deorsum arguitur nō habere formam gra
uitatis. Ita qui nō amat simplicitatē exteriorē ar-
guitur nō habere formā christianitatis. Qui aūt nō
habet formā alicuius rei arguitur nō habere opera
proprie pertinentia ad illam rem. Sicut quod non
habet formam vitis nō facit vuas. Et qui nō habet
animā intellectiuā nō habꝫ ipsum ratiocinari: ꝛ cū
phantasmate intelligere. Qui ergo nō habꝫ formā
christianitatis: que est gratia cū simplicitate nō po
test christiane viuere. Preterea cum aīa nostra sit
vna scđm essentiā: ꝛ oēs potētie eius fundenť in es-
sentia eius: qñ anima nostra vehementer tendit in
aliquid per operationē vnius potentie eius vel nō
potest scđm alias potētias operari: vel saltē remit-
titur opus aliarū potentiarū. Sicut quando quis
cum magna attentione aliquid respicit: nō bene au
dit que dicunť ei: nec scđm alias potētias bene ope-
ratur. Principalis aūt operatio christianoꝝ est ora
tio ꝛ meditatio seu contēplatio diuinoꝝ: que requi-
runt maximā attentionē: tum propter altitudinem
excellentie diuine: tuꝫ ꝓpter debilitatē luminis no
stri. Hec ergo opera nō possunt fieri ab hoīe in rebus
exterioribus inordinate occupato ꝛ vehemēter in-
tento. Talis aūt est qui nō amat simplicitatē exte-
riorem. vel nō viuit simpliciter. Quia qui vult pul-
chras habere domos: ꝛ vestes: ꝛ libros: ꝛ cetera su-
pellectilia: oportet ꝙ habeat mľtas pecunias: que
acquiri nō possunt nec cōseruari sine magno labore
et magno studio: vt oībus notū est. Unde sequitur:
ꝙ tales nō possunt esse orōnibus ꝛ meditationibus

diuinis intenti. Et ideo nec vere possunt christiane viuere. Si aūt homo christianus simplicitatē exteriorem amans et sequens in exterioribus ordinate occupetur propter Deum: videlicet vt familiam suam vel pauperes sustentet: vel qr res ecclesie gubernat: quis aliqualiter mens ab oratione distrahatur et quiete: iuxta illud. Martha Martha solicita es et turbaris erga plurima: tamen nō in totum distrahitur: immo cum oīa ad honorem dei ordinet: mens eius saltem habitualiter continue tendit in Deum Sed si homo amet et querat nō necessaria: iaʒ distrahitur a deo per peccatum: dum inordinate afficitur creature. Distrahitur etiā per occupationē intellectus et sensuum aliorum: et sic nō potest orationi et meditationi in veritate vacare: nec christiane viuere. Hinc ergo patres nostri tam in veteri ꝙ in nouo testamento: tam seculares ꝙ religiosi simplicitatē amauerunt: et eaʒ opere secuti sunt. Et ideo orationi et contemplationi libere vacantes facti sunt viri diuini et sancti: angelis et beatis familiares. Hinc etiam philosophi multi ratione naturali ducti: vt melius contemplationi veritatis vacarēt: simplicitatem vite amplexi sunt. Nos vero contra temporibus istis orationi et contemplationi nō vacamus: qr nimis sumus occupati in exterioribus. Simplicitatem vite nō amantes. Unde nō apparet hodie qui familiaritatem habeat cum deo. Immo incredibile videtur ꝙ quis de agendis illuminetur a deo modo illo familiari: quo sancti patres illuminati fuere.

¶ Quinta conclusio.

S Implicitas in exterioribus non conue
nit omnibus equaliter. Uidemus enim
q omia opera nature sunt opera simpli
cia: vt superius declaratuz est: et tamen
videmus in eis inequalitatē. Nā quedaz sunt aliis
et pulchriora et perfectiora: et differūt in pciositate
nature et in colore et figura: sicut patet in arboribus
et floribus et animalibus et ceteris naturalibus re=
bus. Ita etiā cū omia opera et exteriora bona Chri
stiane vite sint simplicia: tñ differūt in pretiositate et
colore et figura et aliis differētiis secundum q requi
rit conditio vniuscuiusqz. Nam cū homo sit animal
ciuile eo q solus non sufficit prouidere sibi oia que
sunt ei necessaria ad vitā corporalez et spiritualem:
oportet multitudinē hominū ꝯgregari sub aliquo
regimiē: vt alter alterꝫ adiuuet. Uñ necesse est in oī
multitudine hominū esse diuersa officia et gradus et
opera. Et quia homines interiora per exteriora co
gnoscunt et gubernant: oportuit etiaz hanc diuersi=
tatē operū et dignitatū et officioꝝ distingui per ali=
qua signa exteriora: inter que vestes obtinēt princi
patum. Hinc ergo in vestiendo homines diuersifi=
cantur in colore et figura et ptiositate vestiū: et simi=
liter domos diuersificāt et alia exteriora propter di
uersitatē predictā. Cum ergo nullus debeat incon
uenienter viuere: sed quilibet debeat conformari
in bonum his quibus conuiuit: non debet aliquis
simplicitatem hanc exteriorez stulte intelligere: vt
scilicet velit vestire vel habitare eo modo quo null9
facit: quia erit hec potius quedam ostētatio q̄ sim=
plicitas.

¶ Conclusio Sexta

Simplicitas hec exterior est mēsuranda non scđm abusum hominū animalium vel carnaliū:sed secundū iudiciū spiritualiū .Cū eñi virtus rei sequatur naturā eius:⁊ omnis natura creata sit finita:oīs etiā virtus nature create habet terminos suos.Nō eniꝫ potentia visiua potest aliud cognoscere ꝙ lucē ⁊ colores:nec auditiua preter sonos.nec intellectus noster potest naturaliter aliud intelligere ꝙ naturalia ⁊ ea q̄ per naturalia quoquo modo cognosci possunt.Sicut ergo potētia visiua de sonis nulluꝫ pōt dare iudicium:nec auditiua de coloribꝰ:Ita nec homo animalis nec carnalis qui caret lumine supernaturali:potest de spiritualibꝰ certū dare iudiciuꝫ: presertim quia tam animalis ꝙ carnalis homo in creatura posuerūt finem suum:sequentes amorem proprium.Et cū finis sit maxime desideratus : quādo homo terrena amat ⁊ in eis ponit finē suum:destruit estimationē prudētie.Quia qualis vnusquisꝗ est:talia et sibi videntur.Ideo bene dicit Apostolus.Animalis homo nō percipit ea que sunt spiritus dei.Stultitia eñi est illi:⁊ nō potest intelligere quia spiritualiter examinatur. Spiritualis auteꝫ omnia iudicat:⁊ ipse a nemine iudicatur.Quis eñi spiritualis habet lumē:quo supernaturalia cognoscuntur:pōt de eis recte iudicare. Quamuis ergo non debeamus singulariter viuere:non debemꝰ tamen sequi abusum hominum animalium ⁊ carnalium:sed iudiciū spiritualium.Et q̄uis patres nostri in quibus vere scimus ꝙ fuit spiritus dei:non dedi=

rint oībus mēsuram vel regulam simplicitatis: tū̄ aliquibus dederunt: videlicet clericis ⁊ religiosis. Hi ergo nō deb ēt a regulis ⁊ institutis patrū suorū̄ discedere: q̄ꝛ nullus poterit de nouitate eos argue re cū vetera ⁊ antiquos patres imitent̄: ⁊ mādatis eorum obediant: qui per spiritū sanctū locuti sunt: etiam si consuetudo que potius dicenda est corru= ptela: sit hodie talibus institutis contraria Secu= lares aūt de hoc possunt spirituales consulere: ⁊ se= qui ꝯsilum eoꝝ. Quāuis etiā possit dari eis regula aliqua ⁊ mēsura: per quā faciltier intelligent quid agere debeant: quam hic subiungemus.

¶ Septima Conclusio

Mensura simplicitatis exterioris ex scri pturis sacris ꝑ ꝯditiōe cuiuslibet gra dus pōt inueniri. Quia eñi in vestibus solent maxime hoīes simplicitatem exteriorē non seruare: dicemus primū de ipsis: q̄ꝛ facilius de aliis postea poterimus intelligere. Sed nō est intelligē dum ꝙ vnicuiqꝫ statui particulaliter possit ex scri= pturis dari specialis regula q̄ꝛtum ad figurā ⁊ colo res ⁊ pretiositatē vestiū vel vilitatē: sicut sancti pa tres dederunt regulas hoꝝ religiosis: sed ꝙ quilꝫ ex his que dicimus cognoscere poterit faciliter q̄ꝺ suo statui ꝯueniat. Ex ꝟbis ergo pricipū apl̄orum Petri ⁊ Pauli hanc mensuraꝫ accipiemus. Dicit eñi pretrus in prima epistola sua Mulieres subdi= te sint viris suis: vt q̄ non credunt verbo per mulie rū cōuersationem sine verbo lucri fiant: consideran tes in timore sanctam cōuersationem vestrā. Qua rum non sit extrinsecus capillatura: aut circūdatio

auri aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo in corruptibilitate quieti et modesti spūs: qui est in conspectu dei locuples. Paulus quoqꝫ in prima epistola ad Timot. dicit. Mulieres in habitu ornato cū verecūdia et sobrietate ornātes se non intortis crinibus: aut auro aut margaritis vel veste preciosa: sed quod decet mulieres ꝓmittētes pietatem ꝑ bona opa. ¶ Ex quibus verbis notandū est primo ꝙ scriptura nō loquitur hic pauperibus mulieribus: quia stultū esset eis dicere ꝙ nō ornēt se auro et margaritis aut veste pretiosa. Nec etiā loquitur monialibus: que tūc nō erant Et maxime quia petrus dicit ꝙ sint subdite viris suis Unde patet ꝙ loquitur etiam nuptis. ¶ Secundo notandum est ꝙ cum naturaliter mulieres sint magis inclinate ad ornatū corporis ꝙ̄ viri: non est ita turpe mulierib⁹ ornare se: sicut est turpe viris. Uidemus enī ꝙ viri nutriētes comam et ornātes se cultu muliebri vituperantur cōiter ab oībus. Unde dixit quidā. Sint ꝓcul a nobis iuuenes vt femina compti. Si ergo mulierib⁹ diuitibus christianis ꝑcipit scriptura ꝙ talem simplicitatem in vestib⁹ et ornatu seruent: vt nō vtantur auro aut margaritis aut veste pretiosa: sed cum verecundia et sobrietate ornent se: sicut decet mulieres promittentes pietatem per bona opera: ꝙ̄to magis hoc dicendum erit et precipiendum viris. ¶ Tertio notandum est ꝙ ꝑ vestes pretiosas ꝙ̄uis intelligamus cōiter eas que fiunt ex auro et argento et serico: tamen hec pretiositas consideranda et mensuranda est secundū diuersos gradus dignitatū. Nam aliquid est vni persone

preciosum quod alteri est vile. ¶ Quarto notandū
est q̄ iudicium hoc oportet accipere ex illo instinctu
quodāmodo naturali quo hoīes existimāt quēlibꝫ
sanctū simpliciter viuere: ⁊ quēlibet nō simpliciter
viuentē nō esse sanctum: vt dictum est supra. Et ideo
in quolibet gradu dignitatis illas vestes oportet
preciosas reputare ⁊ prohibere que apud homines
communiter tollunt opinionē sanctitatis. ¶ Quin
to notandū q̄ oīs christianus inq̄tū christianus fa-
cit ꝓfessionē sanctitatis ⁊ vite spūalis que sine cor-
dis simplicitate ⁊ rerum exteriorꝝ esse nō potest: vt
ex superioribus patet. Istis notatis: vt ad particula
ria descēdam⁹ humanū dicā ꝓpter infirmitatē car-
nis ⁊ consuetudinē malā iam inueteratā: dando cō-
silium oībus nō preceptū quo pacto christiane ⁊ spi
ritualiter viuēdo in vestibus: domibus: ⁊ alijs exte
rioribus debēt seruare suā simplicitatē. ¶ Incipiē
do ergo a mulieribus dico primo scḋm preceptū dn̄i
et votum baptismatis q̄ christiane mulieres ꝓmit-
tentes pietatē per bona opera nullo modo debent
ornare se auro aut margaritis vel veste preciosa: vel
aliquo alio modo ad pompā ⁊ lasciuiā. ¶ Secūdo
consilium do nō preceptum q̄ regine ⁊ filie vel nu-
rus earum ⁊ ducisse alieq̄ mulieres principum non
debent vti nisi rarissime ⁊ ex causa rationabili ⁊ tūc
cum multa temperantia vestibus valde preciosis:
scilicet ex auro ⁊ argento: nec lapidibus preciosis:
que pretendunt ostentationē diuitiarū ⁊ gloriā secu
larem. ¶ Tertio consilium dando dico q̄ mulieres
tante dignitatis possunt vti vestib⁹ sericis: nec hoc
derogat simplicitati christiane in eis etiā si aliquo

auro ꝛ argento temperate ꝯmisceantur propter di
gnitatē earū:quis melius esse putemus ꝙ sepius
laneis vtantur ꝓpter exēplum bonum. Nō tamen
vilibus:ne videatur quedam ostētatio sanctitatis:
sed preciositatis propter dignitatem. vt dictū est.
¶ Quarto dicimus ꝙ nobiles mulieres quarū viri
nō habent dignitatē alicuius principatus nō debe
rent vti sericis indumētis:sed laneis:ita ꝙ preciosi
ores earum vestes essent ex grana cum manicis tñ
sericis:vt moris est. Nisi forte mulieres aliquorum
nobiliū:qui ꝗuis nō habeant principatū:tenent tñ
altum gradū in nobilitate ꝛ diuitijs. He igitur pos-
sent aliquando vti:licet raro vestibus sericis. Om-
nes tñ cōmuniter debent vti vestibus minus precio
sis ꝗ ex grana:ꝛ maxime seniores:vel que iam trige
simum vel trigesimumquintū etatis annū preteric
runt. Deberent enim tales vestire de panno nigro:
vel alio colore honesto. Mulieres aūt artificum vel
aliorum qui nobiles nō dicuntur scd̄m consuetudi-
nem conuersationis humane:non debent vestiri ex
grana:sed ex alijs pannis inferioribus:ꝛ plus ꝛ mi
nus preciosis scd̄m conditionem earum. Rusticorū
quoqꝫ mulieres:famulorum ꝛ viliorum artificuꝫ in
ciuitate grossos pannos ꝛ viles debent habere. Et
similiter quedam paupercule ꝛ vilis conditionis:
vt ancille ꝛ similes. Moniales autem cum professi-
onem faciant de seruanda paupertate:si perfecte vo-
lunt seruare votum suum debent indui vestibus de
panno vili:quia nō solum in mente:sed etiam extra
debent ostendere paupertatem et omnimodam sim
plicitatem: et vt non cogantur quotidie elemosy-

nas petere aut extra monasteriū egredi debent eas
quando veterascunt resarcire frequenter ⁊ deferre
quousqꝫ possunt vtiles esse. Ratio huius nostri con
silij est: quia cum apostoli loquantur diuitibus mu-
lieribus habentibus aurum ⁊ margaritas: quarū
inclinatio naturalis est maxima ad cultum corpo-
ris: considerato statu diuerso earum dicimus ali-
quas vestes esse preciosas quibusdam mulieribus:
que nō sunt preciose alijs: vt rusticis mulierib⁹ pre-
ciose sunt vestes quibus vtunt̄ artifices: ⁊ his preci
ose sunt ille quibus vtuntur nobiles: ⁊ his pretiose
ille quibus vtuntur regine ⁊ ducisse: ⁊ istis preciose
sunt que apud oīs absolute reputantur pretiose.
Ideo si bene consideremus consuetudinē ⁊ modum
viuendi honestū presentis temporis: ⁊ id quod pro
misit christianus dum baptisaretur: scꝫ abrenuncia
re Sathane ⁊ pompis ⁊ operibus eius apparebit:
vel ꝙ hec est recta mensura vestium in quolibet gra
du vel ꝙ si nō tenui mediū potius declinaui ad ex-
cessum ꝙ̄ ad defectum: maxime addendo illud quod
dicimus in quarto notabili de opinione sanctitatis
seruanda. Nam si que mulieres statuum predictoꝝ
vtantur vestibus sicut diximus: nullus de eis habe
re poterit rationabiliter malam opinionē conside-
rato earū statu. Sed bene experimur ꝙ si excedant
mensurā datam: nō faciliter sancte ⁊ spirituales re-
putabuntur. Quis enī videat rusticam ⁊ vilis con-
ditionis mulierem nō vti grossis ⁊ vilibus indumē
tis: vel artificē vti vestibus laneis pretiosis: vel no
bilem vti sericis: vel ducissas ⁊ reginas quotidie vti
pretiosis ⁊ fulgere margaritis: ⁊ opinetur eas esse

sanctas ꝛ spirituales? Nonne si alicui dicatur tales esse sanctas: ꝛ videat eas huiusmodi vestibus indutas: statim offenditur animus eius ꝛ dicit. Quomodo sancte sunt iste mulieres ꝛ spirituales: cum nō reliquerint mundi vanitatē? Et si quis obiiciat de sancta cecilia: cuius hodie festum celebramus: ꝙ sub vestibus auratis cilicium portabat. Respōdemus primo ꝙ cum esset nobilissima romana diebus nuptiarum hoc fecit: quod superius concessimus nobilissimis feminis in casu aliquo. Secundo ꝙ cū parētes et sponsus essent adhuc pagani: nō poterat iuuencula resistere eis: qui eam sic vestiebāt. Celabat enī in corde christianitatis votum ad tempus ex consilio spiritussancti: quod postea manifestauit: et pro eo martyrium passa sunt. Si qua autē mulier dicat Ego quoqꝫ christiana ero: vt votum christianitatis sub vestibus preciosis abscondam. Respondemus ꝙ cum duo sint precepta charitatis scilicet dei ꝛ proximi: oportet vt dicit apostolus: bene conuersari nō solum coram deo: sed etiā coram omnibus hoibus. Maxime dicente domino. Ve homini illi per quem scandalum venit. Scandalū enī est dictū vel factuꝫ minus rectum prebens occasionē ruine. Nō sufficit ergo habere votum christianitatis in corde: si scandalisemus proximū in opere: ꝛ ei prebeamus occasionē ruine: dando malum exēplum ei. Maxime qꝛ iuuencule ex huiusmodi exēplis magnaꝫ occasionē ruine accipiunt. Dominus autem dicit. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credūt: expedit ei: vt suspendatur mola asinaria in collo eius ꝛ demergatur in profundum maris. Si ergo

mulieres hac simplicitate vti debent: q̄to magis viri. iuxta illud quod diximus in secūdo notando. Et ideo a mulieribus discant viri simplicitatem: videlicet quia secundū gradus dignitatū predictos debent ipsi esse in vestitu simpliciores ꝛ peiores q̄ mulieres eoꝝ. Et si viri seculares hac parcitate et simplicitate debent vti: q̄to magis clerici? Et si clerici: q̄to magis monachi? Et si monachi: q̄to magis mēdicātes?. Quod autem de vestibus diximus: de domibus quoqꝫ ꝛ aliis rebus dicendum est in vnoquoqꝫ gradu secundum regulam datam: videlicet q̄ iudicium ad mensurandam in vnoquoqꝫ statu simplicitatem exteriorū rerum ex illo instinctu naturali videtur procedere. quo quilibet: vt dictū est supra existimat eum qui est sctūs simpliciter viuere: ꝛ eū qui non simpliciter viuit: non esse sanctum. Et similiter ex eo q̄ quilibet christianus si vere est christianus spiritualiter ꝛ sancte viuit. Alioquin christianus dici nō potest. Debēt ergo christiani edificare taliter domos ꝛ vestes tales: ceteraqꝫ exteriora habere: ꝛ cibis ita simplicibus vti: vt nomen christiani verum non amittant. Experimur enim q̄ si audiat quis de religioso aliquo fratrum cōuentu q̄ illi fratres sunt sancti: statim cōcipit miram in eis simplicitatē ꝛ paupertatem. Sed si postea accedens ad conuētum eoꝝ videat eorum claustra magnifice cōstructa ꝛ cellas pulchras ꝛ oīa sapere mūdanā vanitatē: statim perdit opinionē eam. Similiter de clericis hoc dicimus secundū gradū eoꝝ. De secularibus quoqꝫ cū vidēt hoīes aliquem edificare domū pretēdentē aliquā superbiā vel inanē gl'iam vt po

te statui eius non cõpetentem ɔcipiunt de eo ꝙ nõ sit vere simplex ⁊ vere spũalis. Itaqꝫ cũ christianꝰ non solum debeat bene ⁊ spiritualiter viuere coram deo: sed etiam coram oĩbus hominibus: iuxta illud. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona et glo. pa. ve. qui in ce. est. Et iuxta duo precepta charitatis: debet primũ ꝓcurare vt sit verus christianus. Secundo autem vt extrinsecus in dictis ⁊ factis ⁊ domo ⁊ vestibus edificet ꝓximum: vel eum non scandaliset: ⁊ apud eum non ꝑdat: nec minuat famã spiritualis vite. Quia bona fama primo glorificat deum. Secũdo frenat animũ ne in peccata labatur. Fama eñi multos refrenat a malo. Tertio vtilis est ꝓximis. Ex his ergo faciliter quilibet poterit gradum suum simplicitatis inuenire: nisi seipm̃ voluerit decipere: ⁊ declinare cor suum in verba malitie ad excusandas excusatiões in peccatis. Sed qꝛ hec simplicitas nec ꝑfecte potest intelligi nec seruari: nisi intelligat qualiter sit abijciendum superfluum: necesse est vt de superfluo abijciendo tractemus.

¶ Liber Quartus.
¶ De simplicitate Christiane vite.
¶ De superfluo abijciendo ⁊ pauperibus erogando.

¶ Prima conclusio.

Qui volũt diuites fieri difficile intrabũt in regnum celorum. Eos dicimus velle diuites fieri: qui nõ solum vltra necessaria ad vitam humanã sustentandam

sed etiam vltra necessaria ad decentiam status con-
seruandã diuitias querũt. Tales ergo aut nõ intra
bunt in regnũ celoꝝ: aut difficile in illud intrabunt
Cum enim omne agens agat propter finẽ: ⁊ in fini-
bus nõ sit procedere in infinitũ: oportet omẽ agẽs
aliquem vltimum finẽ sibi constituere propter quẽ
oĩa agit. Aut ergo qui volunt diuites fieri consti-
tuerunt finẽ vltimũ huius actionis in creatura: vt
puta in diuitijs vel superbia vel libidine: ita ꝙ pro-
pter desideriũ hoꝝ aggregant sibi diuitias. Aut in
creatore. Si in creatura: impossibile est tales ingre
di in regnũ celoꝝ: nisi penitentiã agant: quia amãt
plus creaturã ꝙ̃ Deum. Si aũt constituerũt finem
huius actionis in deum: põt hoc tripliciter ĩtelligi
Uno modo respectu dei sic: ꝙ querãt diuitias vt edi
ficent ecclesias: vel alia faciant que immediate ce-
dunt in honorem dei. Alio modo respectu sui: vt vi-
delicet securius ⁊ q̃etius seruiãt deo: vel abundan-
ter habeãt ea que ad cultum dei pertinent pro sua
deuotione. Tertio modo respectu proximi: vt vide-
licet pauperibus erogent. Sed ꝙ qui dicũt se pro-
pter hunc finẽ vel propter hos fines congregare di
uitias: inaniter se excusent ⁊ semetipsos decipiant
instigante diabolo: qui se transfigurat in angelum
lucis: ⁊ ꝙ nihilominus difficile intrabunt in regnũ
celorum manifestũ est. Nulla enim vita laboriosior
vita christiana. Nam q̃tum ad intellectum diffici-
lis est valde: tum propter ea que ad fideꝫ pertinent
que sunt altissima ⁊ difficillima ad credendum: tuꝫ
propter orationẽ: cui oportet continue instare: que
requirit deuotionẽ mentis non modicã. Quantuꝫ

vero ad affectũ christianus inuisibilia diligere tenetur ⁊ visibilia contẽnere: qđ est valde difficile. Quantum aũt ad corpus oportet ipsum in seruitutem redigere: ⁊ deniqꝫ oportet ꝑ multas tribulatiões nos introire in regnũ dei. Unde necesse est cuilibet christiano toto conatu se transferre ad celestia: nec sufficit totus conatus: nisi etiaꝫ desuper adiuuetur. Uidemus eñ cum quãta difficultate etiã qui reliquerunt omnia: in via dei perseuerãt. Qui autẽ querũt ditari etiã si iuste diuitias cumulẽt: quod est valde difficile non possunt nisi cũ magno labore eas acquirere. Unde nõ poterit quis ditari: nisi in multis occupetur: ⁊ magnũ studiũ ad hoc adhibeat: vt experiẽtia docet. Unde etiã videmus clericos ⁊ religiosos sub specie honoris dei ⁊ ecclesiaꝝ ornamentis tota die per domos ⁊ villas cursitare: ⁊ orõnis studium relinquere. Non est autẽ possibile ꝙ quis sit intentissimus ad superiora ⁊ ad inferiora simul. Et ideo qui querit ditari: a superioribus necesse est remoueri per intellectũ ⁊ affectũ: ⁊ minus orõnibus vacare. Qui aũt diuinis non frequenter intendit: incidit in tẽtationes tum propter carnis repugnãtiam ad spiritũ: tum ꝓpter diaboli astutias: ⁊ malitias: tum ꝓpter mundanas occupationes ⁊ hominũ impioꝝ persecutiones. Itaqꝫ sequit̃ ꝙ cum difficultate magna talis vitet peccata: ⁊ igrediatur regnũ celoꝝ. Sed quid oportet rationibus cõterere tẽpus: cũ experientia quotidiana hoc manifestet? Ideo bene Paulus oĩbus fidelibus loquens dicit Nihil intulimus in hunc mundũ: haud dubium: qꝛ nec auferre quid possumus: habẽtes aũt alimenta

et quibus tegamur:his contenti simus. Nā qui vo
lunt diuites fieri incidūt in tētationē ꝛ in laqueum
diaboli. ꝛ desideria multa inutilia ꝛ nociua:q̄ mer=
gunt hoīes in interitū ꝛ perditionē. Radix enī oīm
maloꝝ est cupiditas quā quidā appetētes errauer=
runt a fide:ꝛ inseruerūt se doloribus multis. Tu au
tem o homo dei hec fuge. Sectare vero iustitiā:pie
tatē:fidē:charitatē:patientiā:mansuetudinē. Ap=
prehende vitā eternā:in qua vocatus es:ꝛ cōfessus
bonam confessionē coram multis testibus.

¶ Secunda conclusio.

Diues etiā si nolit ditior fieri:difficile in=
trabit in regnū celoꝝ. Diuitie enī cū nō
habent:facile ꝯtemnunt:sed cū habent
difficile est eas nō amare. Nā cū appe=
titus sequat cognitionē:ꝛ cognitio nr̄a quā habe=
mus de bonis eternis sit parua ꝛ a sensibus remo=
tissima. Cognitio aūt quā de tp̄alibus habemus sit
magna ꝛ semꝑ sensibus sint presentia sensibilia: dif
ficile est habere diuitias semꝑ oculis ꝛ alijs sensib⁹
presentes:ꝛ nō trahi ad delectationē earū. Volun=
tas enī xp̄iani est sicut ferrū inter duas magnetes.
id est inter representationē rerum eternarū:quā fi=
des facit:ꝛ representationē tp̄alium ꝛ voluptatum
quam sensus ferunt. vnde fides trahit sursum: ꝛ sen
sus deorsum. Certum est aūt ꝙ in presentia obiecti
sensus magis ꝛ fortius trahit appetitū q̄ in absen=
tia. Plus enī mouet aurū ꝛ mulier ad sui ꝯcupiscē=
tiā in p̄sentia q̄ in absētia. Diues ergo cum habeat
semper diuitias:vehementius trahitur deorsum q̄
si non haberet presentes. Et ideo si etiam ipse nol=

let ditior fieri: tamen secundū difficilius ei erit intrare in regnū celorū ꝙ pauperi. Preterea multa exiguntur ad diuitias conseruādas: vt serui ꝛ ancille ꝛ iumenta ꝛ cetera huiusmodi. Unde oportet ꝙ mēs diuitis in tēpalibus occupet: ꝛ a diuinis distrahatur qua distracta facilius homo a demonibus et carne impugnatur: ꝛ ad peccatū trahitur: vnde bene dixit Sapiens: vt supra allegauimus. Beatus diues qui inuentus est sine macula ꝛc. Et experiētia quotidiana hoc magis cōfirmat: q2 paucos diuites videmus xpiane viuere. Et multo magis Dñs noster Jesus christus: cū dicit. Difficile est diuitē intrare in regnū celorū: prout supius in principio fuit expositum.

¶ Tertia conclusio.

Qui nō habet odio diuitias: difficile intrabit in regnum celorū. Odio habere diuitias intelligimus eo modo: quo infirmus hꝫ odio medicinā amarā. Ita enim oportet nos amare ꝛ odisse diuitias: sicut medicinā amarā. Nā cum sint periculose ad salutē: vt dictum est: ꝛ tñ sine bonis tēpalibus viuere nō valeamus: oportet eas tanꝙ vite corporalis medicinas diligere: ꝛ tāꝙ gustui spirituali ꝛ saluti aīe amaras et periculosas odio habere: intantum vt si possibile esset sine eis desideremus viuere. Sicut infirmus si posset aliter sanitatē acquirere: medicinas nō reciperet. Quoniā igitur quando aliquid amatur non propter se: sed propter aliquē finem: tantū amatur ꝙtum necessariū est ad illū finē consequendū. Infirmus nō vult de medicina amara in multa abūdātia sed ꝙtum sufficit ad sanitatē consequendam: immo

ad minus semper declinat. Ita dico q qui nõ habet odio diuitias: id est qui non reputat eas spirituali vite periculosas: ita vt si possibile esset aut conueniens statui suo tanq saluti eterne periculosas: vel saltem tanq impeditiuas maioris boni abijceret eas Et qui nõ diligit eas solum propter necessitatẽ vite corporalis: et vt conueniẽter cum alijs hominibus viuat: difficile intrabit in regnum celorum. Ratio huius est: quia amor proprius ex omni parte est vehementissimus. Primo quidẽ amor essendi et viuendi est naturalissimus: et pro conseruanda vita quilibet laborat. Secũdo amor generandi vehemẽtissimus est. Unde naturalissimũ esse videmus oĩbus rebus desiderare facere talia quales ipse sunt. Et idcirco concupiscentia carnis est vehementissima. Tertio amor glorie qui ad intellectũ pertinet q vehemens sit experientia docet. Cum ergo per diuitias homo existimet se faciliter oĩa hec habere posse que maxime amantur: quia vt dicit Salomon. Pecunie obediunt omnia. Sequitur q amor diuitiarum ex hac estimatione est vehemẽtissimus. Et ideo nisi Christianus cõsideret eas tanq medicinas amaras vite spirituali et periculosas: odioq eas habeat: eo modo quo dictum est: difficile intrabit in regnum celorum quia difficile vitabit peccata. Et hoc est quod saluator noster dixit: si bene eius verba pensent. Nemo inquit potest duobus dominis seruire: aut eñ vnũ odio habebit: et alterũ diliget: aut vnum sustinebit et alterum contẽnet. Et vt intelligamus qui sint isti duo domini: subiungit. Nõ potestis Deo seruire et Mãmone. id est diuitijs. Nota verba dei: et signa mysteria

Dicit primo. Nemo potest duobus dominis seruire nec tamē subiunxit: aut vni seruiet ꝛ alteri nō. Sed dixit. Aut vnum odio habebit: ꝛ alterū diliget. Certe in dominis temporalibus possumus vni seruire: et alterū nō odio habere: hic aūt dicit. Aut vnū odio habebit. Quē certe dominū diuitias esse intelligendum est. Itaqꝫ ex verbis eius apparet: ꝙ nisi quis odio habeat diuitias: aut nō intrabit in regnū celorum: aut difficile intrabit. Verbū eñ hoc: nō potest. aut dicit impossibilitatē aut difficultatē. Si enim odio intantū diuitias nō habeamus. vt pro illis nihil omnino contra deum facere ꝑponamus: impossibilitatē dicit. Si aūt nō eas periculosas saluti: et tanꝙ medicinas amaras existimemus: ꝙuis cōtra deum propter eas nihil agere proponam⁹: dicit difficultatem.

¶ Quarta conclusio.



Christianus pro se nō desiderat habere nisi necessaria ad vitam corporalē vel spiritualem. Necessaria eñ exteriora ad vitā spiritualē pertinētia sunt sacramēta ecclesie: ꝛ ea sine quibus hec sacramēta haberi nō possunt: vt calices: ꝛ paramēta: ꝛ libri sacri. et cetera. sine quibus vita spūalis vel nullo modo: vel nō bene ꝛ faciliter posset conseruari. Quorū tñ quedā nō pertinēt nisi ad sacerdotes. Quedam autem pertinent etiam ad nō sacerdotes: ꝛ plus ꝛ minus scōm diuersas hoīm conditiones. De his ergo dicimus ꝙ verus christianus non desiderat: nisi ea que videt sibi esse necessaria ad vitam spiritualem

Similiter etiã quantum ad vitam corporalez dico
ꝙ non querit nisi victum ⁊ vestitum ⁊ habitaculum
necessariũ. Pro se autem dico: quia aliquando de-
siderat nõ necessaria sibi ad vitam spiritualẽ vl' cor
poralẽ: vt conuenienter viuat cum aliis: vel propter
salutem aliorum corporalẽ seu spiritualẽ vl' ꝓpter
aliquos casus superuenientes: de q̄bus dicemꝰ postea
Quod aũt ita sit probamus. Ordinatꝰ enĩ affectus
ꝗuis finẽ vltimũ sine mensura desideret: media ta-
men ordinata ad finẽ cum mensura querit habere:
scz prout sunt necessaria ad finẽ consequendũ. Na-
tura enĩ que vult fructus ex arbore producere: co-
natur perfectos eos facere quantum potest: nec hic
aliquẽ terminũ ponit: nõ tñ accipit ꝗtũ humidi ⁊ ꝗtũ
calidi potest. Sed quantũ sufficit ad ꝑfectionẽ fru-
ctuum. Similiter infirmus desiderat sanari sanita
te perfecta ꝗtum fieri potest: non tamẽ vult medi-
cinam magnã quantũ fieri potest: sed quantũ suffi-
cit ad sanitatẽ inducendã. Christianus igitur gra-
tie ⁊ charitati pro qua augenda ⁊ cõseruanda om-
nia facit vt dictũ est: nullum terminũ prefigit. Me-
diis autem quibus ad hoc iuuatur terminũ ponit:
vt ieiuniis: vigiliis: ⁊ orationibus: ⁊ multo magis
rebus extrinsecis: que ad vitaz corporalẽ ordinan
tur: presertim vbi excessus horum est saluti pericu-
losus. Cum ergo excessus rerum exteriorꝝ seu diui-
tiarũ sit anime periculosus: vt superius declaratuz
est: xp̄ianus his rebus terminuz talẽ ponit: ꝙ scilz
pro se nõ desiderat nisi necessaria habere: cetera ve-
ro tanꝙ superflua negligit.

¶ Conclusio Quinta.

Christianus sine peccato potest desiderare et querere necessaria ad decētiaz stat9 sui: licet nō sint necessaria ad vitaz spiritualē vel corporalē. Cū eni (vt dictū est) homo sit aīal ciuile: et cōmuniter cū alijs hominib9 viuat: non dʒ esse alijs offendiculū: nec inutilē se dʒ exhibere ꝯmunitati: sed magis vtile et necessarium mēbrū. Quādo ergo aliqs siue sit princeps: siue ciuis: siue artifex: non intēdit seculū relinqre: nec ad clericatū vl' ad religionē se trāsferre: neqȝ aliter statū suum mutare. Sed poti9 vult in seculo et ciuiliter scđm cōditionē sui status ꝯuersari. Si sola necessaria ad vitā corporalē conseruandā haberet: nō posset decēter viuere in cōmunitate. Et ideo cū nulli ꝓhibeatur: imo magis precipiatur ꝙ decenter viuat non peccat qui querit necessaria ad decētiā status sui: licet non sint necessaria ad vitā spiritualem vel corporalē ꝯseruandā: imo potius inordinate agit. si non conuersatur ꝓm decentiā sui status: tum quia videbitur ostētator sanctitatis et poti9 hypocrita ꝙ verus xp̄ianus: et sic multoꝝ animos potius offendet ꝙ edificabit. Tum quia exhibebit se iutilem cōmunitati: eo ꝙ non poterit aliqua officia vel magistratus suscipere: que requirūt vestes idoneas et facultates: et viros honoratos. Tum qꝛ paupibus nō poterit subuenire et multa alia bona facere.



¶ Conclusio Sexta.

Christianus debet erogare pauperibus ea que habet vltra decentiaz status sui Ex superioribus pōt faciliter ītelligi ꝙ

qui non errogat superflua paupibus: exponit se pi
culo dānationis eterne. Nam non solum qui volūt
diuites fieri: sed etiaʒ qui nolūt: sed tamen diuites
sunt. imo qui nō habēt odio diuitias: difficile intra
bunt in regnum celorum. Quid ergo dicendum
est de his qui supflua retinēt. Tales em̄ non odio
habent diuitias: nec eas amant sicut medicinas.
Cū ergo quilibet christian⁹: imo quilibet homo de
beat pericula peccatoꝝ fugere: iuxta illud sapiētis
Quasi a facie colubri fuge peccatuʒ. Patet ꝙ chri
stian⁹ nō debet retinere superflua: sed pauperibus
er ogare. Preterea christianus in baptismo promi
sit renunciare sathane ⁊ pompis ⁊ operibus eius.
Qui autē retinet superfluas diuitias: non videtur
renūciasse sathane: nec pompis eius. Nam cum nō
sint ei necessarie nec ad vitam: nec ad statum nō po
test eas retinere nisi irrationabiliter ⁊ per operatio
nē sathane. Cum em̄ diuitie non sint ꝓpter se amā-
de: sed ꝓpter alterum: id est propter necessitatē vi-
te presentis: illud quod nō est necessarium ad vitaʒ
presentem. i. nec ad vitam corporalem ꝯseruandaʒ
nec ad decētiam status: non potest ordinari nisi ad
malum finem: si pauperibus vel ecclesie necessitati
bus non erogatur. No n em̄ videri potest ꝙ possint
aliquo bono fine ita retineri. Quod aūt retinet nō
ꝓpter bonum finem: non nisi irrationabiliter ⁊ per
operationē sathane retineri pōt. Cum em̄ oē agēs
agat ꝓpter finem: si quis agit nō ꝓpter bonum fi-
nem: certe finis eius non pōt esse nisi malus. Ueruʒ
si nulla appareret necessitas in ecclesia vel in homi
nibus quod tamē est difficile: cum dicat dn̄s. Pau-

peres semper habebitis vobiscũ: deberet in tali ca-
su superfluum seruari pro suis vel ecclesie vł paupe
ruꝫ necessitatibus futuris. Et si ex hoc homo ditior
fiat: timeat deum: ꝛ diuitijs cor non apponat: sed ta
mẽ seruet eas tempore opportuno ad honorem dei:
ꝛ vtilitatem ꝓximorum expendendas: ꝛ credat ꝙ
deus ei dedit illas: ꝛ fecit eum ditiorem: vt possit vti
lior esse cõmunitati sue ꝛ ecclesie ꝛ pauperibꝰ in fu-
turum. Preterea bonum est sui ipsius diffusiuũ: vn
de quia deus est summe bonus: diffũdit suam boni
tatem vndiqꝫ. Hoc etiam de angelis dicũt scriptu-
re ꝛ doctores scti ꝙ vnus illumiat aliũ: ꝛ ꝙ conant
diffũdere suã bonitatẽ in altcrutrũ ꝯtingẽtes vsqꝫ
ad hoies. Uidemꝰ hoc idẽ i tota natura: ꝛ maxie in
his que habent superabundantẽ bonitatem ꝛ vir-
tuteꝫ. Unde ꝛ naturaliter (vt diximus) vnũquodqꝫ
appetit facere tale quale ipsuꝫ est. Naturalia ergo
ꝛ supernaturalia seruato statu suo dant alijs de su-
perabũdanti sua bonitate. Hec auteꝫ inclinatio na
turalis videtur esse quoddam preceptum naturale
Qui ergo non vult dare indigentibus de suo super
fluo: facit contra naturalem inclinationem omniũ
creaturaꝝ ꝛ cõtra naturale preceptum. Et ideo ar-
guitur non esse bonus: quia bonum est diffusiuũ sui
ꝛ per consequens arguitur non esse christianus. Si
quis autẽ dicat. Fateor ꝙ de superfluo dare debeo
pauperibus: nõ tamen totum superfluũ teneor ero
gare. Respondeat obsecro. Si medictatẽ superflui
erogauerit: an alia medietas sit superflua an non?
Negare nõ potest: quin sit superflua: cum totũ esset
superfluum. Ergo ꝛ de illa medietate tenetur aliqd

erogare pauperibus: quia ipse fatetur quod de superfluo tenetur aliquid erogare: eadem etiam ratione de eo quod restat debet erogare. Cum ergo non sit diuidere superfluum in partes infinitas quemadmodum mathematici faciunt: oportet dicere quod totum superfluum erogare simpliciter tenetur. Huic vero vel illi pauperi de superfluo aliquid tenetur dare: non quidem quod teneatur querere pauperes. Sed intelligitur quando occurrunt et necessitas apparet. Nec tamen dixerim ipsum peccare: si petro pauperi occurrenti sibi non dederit: dummodo propositum eius sit: superfluum erogare aliis qui sibi magis placuerint: quia non tenetur dare superfluum isti vel illi determinate. Sed pauperibus in confuso. Preterea cum generatio sit de superfluo alimenti: videmus quod natura superfluum non retinet sibi: quinimmo vehementer desiderat illud dare alteri. Ergo cum natura dirigatur ab intelligentia non errante. id est a deo: et que a deo sunt ordinata sunt: debemus sequi ordinem nature: in quibus possumus. Et ideo qui non dat superfluum inordinate agit: faciens contra ordinem a deo institutum. Et hoc non est paruum peccatum. Dicit enim Augustinus vt habetur in dec. xxxii. q. vii. ca. Adulterii: tantum valet ordinatio creatoris et ordo creature: vt in rebus ad vtendum concessis longe tolerabilior sit quam in eis: que concessa non sunt: vel vnus vel paruus excessus. Preterea in natura non videmus aliquid superfluum vel aliquid diminutum nisi raro et per errorem vel defectum alicuius principii. Unde que habent aliquid superfluum vel aliquid diminutum monstra appellamus: vt qui nascitur cum duobus capitibus: vel sine manibus.

Cum ergo debeamus imitari naturā eo q̄ a deo re-
gitur: vt dictuȝ est: vnde ⁊ ars imitatur naturā tan
q̄ regulam infallibilē: sequitur q̄ etiaȝ in ciuilibus
et maxime in republica christiana ⁊ in ecclesia et in
sacerdotibus ⁊ religiosis nō debet aliquid inueniri
superfluum nec aliquid diminutum: vt scilicet vnus
habeat superflua: alius vero indigeat etiā necessa-
rijs. ¶ Preterea cū scd̃m legem nature omnia sint
communia: ⁊ oēs q̄tum ad carnem de cōmuni ma-
teria ꝓcedamus: ⁊ q̄tum ad spiritum communē ha
beamus patrem deum. Quare deus distribuit ine-
qualiter bona corporalia nisi vt vnus pietate: ⁊ ali-
us patientia coronetur? Nō enim est credendū q̄ de
us qui est cōmunis pater oīm: ⁊ de oībus habet pro
uidentiā velit q̄ vnus retineat superflua: qui videt
alterum nō habere necessaria. Cum ergo deus ine-
qualiter diuitias distribuat propter regiminis hu-
mani ordinem: sicut ipse de sua superabundanti bo-
nitate subuenit indigētibus: ⁊ ad hoc etiā totam na
turam inclinauit: ita vult vt qui habet sup̄abundan
tes diuitias subueniat pauperum inopie. Preter-
ea nullus damnatur p̄ena eterna nisi pro peccato
mortali: Sed nō erogātes sup̄fluum videntur dam
nari pena eterna. Nam dominus in iudicio dicet ijs
qui a sinistris erunt. Ite maledicti in ignem eternū
Esuriui eñi ⁊ nō dedistis mihi manducare ⁊c. Ergo
patet q̄ isti damnantur: quia sua pauperibus non
erogarunt. Oportet ergo q̄ in aliquo casu quis pec
cet mortaliter non erogando sua pauperibus. Di-
cunt autē quidam: q̄ tunc homo peccat mortaliter
quando pauperi existenti in extrema necessitate nō

dat elemosynā. Sed si in hoc casu solum homo pec-
cat mortaliter: sequitur ꝙ ad paucissimos ꝑtinebit
illa sententia: quia difficile est inuenire aliquē in ex
trema necessitate. Ad hoc enim ꝙ in hoc casu quis
peccet mortaliter requirunt multa. Primo enim
requiritur ꝙ pauper deuenerit ad talem necessitatē
vt sine adiutorio alterius viuere nō possit. Secun-
do requiritur ꝙ nō inueniatur alius qui velit subue
nire: quia si videro ꝙ alius suꝑuenit ei: ergo nō tene-
or subuenire ex necessitate salutis: quia tunc nō erit
in extrema necessitate. Tertio requiritur ꝙ ego sciā
nō enī teneor querere pauperes per domos. ¶ Cum
ergo raro iste conditiones pariter concurrāt: patet
ꝙ raro accidit talis casus: vt quis teneatur ex pre-
cepto dare elemosynā. Nō est autē credendū ꝙ illa
sententia paucis conueniat: cum detur contra illos
qui erunt a sinistris: ⁊ hoc sit quasi principale pecca
tum. pro quo infertur. Et ideo oportet dare aliū ca-
sum: in quo quis tenetur sua erogare pauperibus.
Nullus aūt videtur vereor casus extra precedentē
ꝙ quando aliquis habet superflua. In quo vitio fe
re omnes inuoluuntur. Ergo ⁊ illa scientia pertinet
ad eos qui superflua pauꝑibus nō erogabunt. Pre
terea hoc probatur christi sanctorum auctoritatibꝰ
Primo quia dominus dicit in euangelio. Verunta
men quod superest date elemosynam: ⁊ ecce omnia
munda sunt vobis. Itē in decretis. di. xlij. dicit Hie-
ronymus. Aliena rapere conuincit qui vltra sibi ne
cessaria retinere probatur. Et distinctio. xlvij. Am-
brosius longioribus verbis disputat contra eos
qui dicunt. Non rapio aliena: sed seruo mea: dicens

O stulte quid est tuum? Quid in mundū portasti?
Nunquid iniustus est deus: vt plus det vni q̄ alteri
Et concludit sic. Esurientiū panis est: quē tu deti-
nes. Nudorum indumentum est: quod tu recludis.
Miserorū redēptio est ꝛ absolutio pecunia: quaȝ tu
in terra defodis. Tantorū te ergo scias rapere bona
q̄tis possis prestare q̄d velis. Basilius quoqȝ qua-
si eadē verba dicit. Si inquit fateris ea tibi diuini-
tus ꝓuenisse scȝ temporalia bona: an iniustus est de
us inequaliter res nobis distribuēs? Cur tu abun-
das: ille vero mendicat? nisi vt tu bone cōpensatio-
nis merita consequaris: ille vero patientie brauijs
decoretur? Est panis famelici: quē tu tenes. Nudi
tunica quā in conclaui conseruas. Discalciati calce
us qui penes te marcescit. Indigētis argentum: q̄d
possides humatū. Quocirca tot iniuriaris quod da
re valeres. Augustinus super psalmum Lauda hie
rusalem dominū dicit. Aliena possident cum super-
flua possidentur. Sanctus Thomas etiā in secun-
da secūde. xxxij. ar. v. dicit ea cadere sub precepto
charitatis: sine quibus dilectio proximi nō conser-
uatur. Nō potest aūt dilectio proximi conseruari:
si solum ei velimus bonum ꝛ nō faciamus secunduȝ
illud epistole. Jo. Nō diligamus verbo neqȝ lingua
sed opere ꝛ veritate. Et concludit q̄ elemosina ex
parte dantis cadit sub precepto: quando habet de
superfluo: ex parte aūt recipiētis: quando pauper
est in extrema necessitate. Si ergo inquit dare ele-
mosinā de superfluo est in precepto: ꝛ dare elemosi-
nam ei qui est in extrema necessitate. Alias eñ ele-
mosinā dare est in cōsilio: sicut ꝛ de quolibet meliori

bono dantur consilia. Ex quibus verbis patet q̄ sā
ctus Thomas vult in duobus casibus istis quem=
libet teneri ex precepto ad dandaʒ eleemosynā. Et
patet q̄ errant qui dicunt ipsum sentire q̄ ad hoc vt
aliquis teneatur dare eleemosynam requiruntur
due conditiones: scilʒ q̄ habeat de superfluo: ⁊ q̄ ei
occurrat paupertas extrema. Hoc em̄ dictū non so
lū est ꝯtra mentē sancti thome: sed etiam est valde
irrationabile: quia ei qui est in extrema necessitate
non solū tenemur dare de superfluo: sed etiaʒ de ne=
cessario ad statum nostrum: non tñ de necessario ad
vitam conseruandaʒ. Nam scd̄m ordinem charita=
tis vita ꝓximi est pretiosior q̄ decentia status. Et
ideo debemus potius conseruare vitam proximi q̄
decentiam status nostri: maxime qꝛ extereme nessi
tati potest quilibʒ cū modico damno subuenire: qd̄
etiam faciliter potest sub modū resarciri. Esset autē
contra charitatem nolle sustinere modicū dānum
ꝓ vita ꝓximi conseruanda. Unde dicit Ambrosius
Pasce fame esurientem: si non paueris: occidisti.
In casu etiam extreme necessitatis oīa efficiuntur
cōmunia. Unde q̄ est in tali casu potest accipere ne
cessaria sibi vbicunq̄ inuenerit ea: etiam si non sint
supflua sed necessaria ad decētiam status illis a q̄=
bus rapit ea. Sctūs thomas ergo in eodē articulo
in respōsione ad primū argumētū dicit q̄ tēporalia
bona q̄ homini diuinitus ꝯferūtur: eius quidē sunt
q̄tum ad ꝓprietatem: sed q̄tum ad vsum non soluʒ
debent esse eius: sed etiam alioꝝ qui ex eis sustenta
ri possunt que ei supfluunt. Preterea exēpla sctōꝝ
sunt nobis norma viuēdi: qꝛ iustus est quasi ꝟtus ⁊

iustitia animata: ꝛ virtuosus est regula animata humanoꝝ actuum. Sed omnes iustos tam in veteri ꝙ in nouo testamēto inueniemus intentissimos fuisse hospitalitati ꝛ elemosinis: adeo vt non soluꝫ superflua: sed frequenter etiam necessaria pauperibꝰ erogarent: graue peccatum putantes pauperem vacuum dimisisse. Et quia deficeret om̄e tēpus si exēpla omnium in medium vellemus adducere: vnum pro omnibus adducatur: vt omniū tam diuitum: ꝙ pauperum ora claudantur. Seruulus ille sanctus ꝛ mendicus: de quo Sanctus Gregorius in quarto dialogorum pulchra describit: nonne ea que de mēdicitate vltra sibi necessaria lucrabatur pauperibꝰ ꝛ peregrinis errogabat? Nōne monachi q̄ erant in egypto laborātes manibus ꝓpriꝭs de lucro operū suoruꝫ quod superat victui eoꝝ pauperibus erogabant? Christianus itaqꝫ hō his rationibus ꝛ auctoritatibus ꝛ exemplis credere debꝫ: ꝛ credere ꝙ superflua debent pauperibus erogari.

¶ Septima conclusio.

Necessarium ad decentiam status ꝛ superfluum nō est indiuisibiliter cōsiderādū. Non em̄ possumus ponere terminū stabilem huic necessitati: ita vt extra illuꝫ omne aliud reputetur superfluum: quia videmꝰ ꝙ potest decentia cuiuslibet status transigi ꝛ conseruari multis subtractis: ꝛ multis etiam additis nō potest conuenieter iudicari ꝙ sint superflua. Nam quotidie in quolibet statu adduntur ꝛ subtrahunt multa secundum veritatem rerum ꝛ negociorum ꝛ temporum: et tamen nō apparet expresse ꝙ status

et conditio domus mutetur:id est quod crescat:vel minuatur. Preterea si hoc esset indiuisibiliter cōsiderādum:quilibet bonus Christianus efficeretur nimis scrupulosus:quia quotidie occurrerent multe difficultates: et maxime si aliquid lucrareur: videretur sibi forte aliquādo superfluus vnus nūmus:vel si ei aliquid donaretur:aut coniugem cum dote acciperet semper oporteret ipsum cogitare: propter periculum peccati vt superfluū erogare:vel erogandū seruaret Et sic vita christiana esset periculosissima:quod est falsum. Est ergo dicendū quod oportet non tam scrupulose sed largiori modo id quod est necessarium ad statum cuiuslibet iudicare: et nisi expresse et in magno excessu appareat superfluitas:nō oportet quemquam de peccato mortali condēnare. ¶ Mihi ergo videtur quod si Christianus hec que dicemus seruet:non debet dubitare de sua salute. ¶ Primo viuat simpliciter ea simplicitate que ad statum suum pertinet: sicut superius determinauimus. ¶ Secundo nō querat ditari:nec se ad vlteriorem statū eleuare. ¶ Tertio si viderit in redditibus vel lucris suis magnum excessum:sit promptus ad erogandum illum pauperbus Ubi autem non apparet excessus:vel non magnus faciat multas elemosinas ordinarias pauperibus sicut potest:ex quibus non appareat expressa diminutio status sui:et viuat in timore domini: et illuminabitur quotidie melius super hac materia. Sufficit enim conscientie cuiuslibet ad euadendū peccatū mortale quod sit promptus ad erogandum superfluum quando expresse videbit magnum excessum et expressum superfluum in rebus suis:quia hoc pacto modicus

excessus non facit eum peccare mortaliter dummo
do sit huius voluntatis.

¶ Octaua conclusio.

Necessarium ad decētiam status est pen
sandum ſm ea que superius diximus
de simplicitate exteriori. Nā si volue-
rimus dicere illud solū esse superfluū
quod vltra om̄es expēsas superest vnicuiqꝫ de red-
ditibus vel lucris suis. Multi qui in pompis et lu
xurijs omnia expendūt: non putabūtur habere su-
pfluū: et sic quilibet poterit omnes redditus suos
pendere in equos ⁊ famulos ⁊ canes ⁊ meretrices:
⁊ nihil superit in tali casu. Intelligēdū ē ergo vni-
cuiqꝫ superfluū esse qđ vel ei superest: vel superesse de-
beret: si viuit vel viueret simpliciter: sicut dꝫ facere
quilibet christianus. Sed dicet quis: oportet ꝯgre
gare pecunias propter casus qui possēt superuenire
scꝫ infirmitatum vel belloꝝ: vel pestilētiaꝝ: vel hu-
iusmodi. Ad hoc respondet Sanctus Thomas: ꝙ
hoc esset de crastino cogitare: qđ dominus ꝓhibet
in euāgelio. Sed oportet diiudicari superfluū ⁊ ne
cessariū scđm ea que probabiliter ⁊ vt in pluribꝰ oc
currunt. Ut si iam apparent signa belloꝝ vel signa
pestilentie. tunc enī potest quilibꝫ cōgregare pecu
nias vt possit tali tēpore viuere. Similiter si quis
haberet filias multas oporteret dotes inuenire: et
cogitare ꝓ futuro: vt cōpetenter nuptui traderent.
Non tamen dꝫ laborare vt ditet filios suos hac ra-
tione deceptus: ꝙ quilibet debet viuere scđm statū
suum. Cum ergo inquit habeā plures filios: nō po-
terit quilibet eoꝝ diuisus a fratre suo viuere secun-

dum statum: nisi alias diuitias acquirã. Sic enim quilibet Rex tot regna deberet acquirere: quot filios habet. Et si sic facerent oẽs patres: nõ inuenire tur supfluum: neq; finis diuitiarum. Sufficit ergo patri relinqre filijs diuitias suo statui conuenietes. Quia si erunt boni: iam non egent diuitijs: q̃uis si eos studuerit facere virtuosos: poterũt sibi sine pec cato diuitias acquirere scdm decentiã status: et ordinate ac ciuiliter viuere: et sic conseruabunt decentiam status et familie: nec oportebit propter eos ipsum esse sollicitũ. Si aũt erunt mali: nõ debet pater acquirere eis diuitias: que sunt instrumentũ in manu peccatorum ad omnia mala perpetrãda. Alioquin vt diximus: sequeretur q nullus vel fere nullus qui haberet filios: haberet superflua: si oportet filijs thesaurizare. Oportet tamen eis prouidere necessaria scdm statum vt decenter viuant. Itaq; dicimus q cum christianus debeat simpliciter viuere: scdm mensurã simplicitatis poterit inueniri quid ei sit superfluum: nõ iudicando tamen punctualiter sed eo modo quo dictum est. Quia aliquid rusticis est superfluum: quod non est superfluũ artificibus: et aliquid artificibus: quod nõ est ciuibus mediocribus: et aliquibus istis: quod non est nobilibus: et aliquid nobilibus quod nõ est principibus: et aliquid principibus: qd nõ est Regibus. Si ergo hec ita se habẽt, reges et principes et vxores eorum et filie qui non viuunt simpliciter: sed expendunt omnia in pompis suis et equis et canibus superfluis et luxurijs: et ex hoc populos grauant magnis exactionibus: quomodo saluabuntur? ¶ Nobiles quoq;

ciues qui similia faciunt: ꝛ vxores eorum que tot habent vestes ꝛ margaritas ꝛ mutatoria et pompas quomodo excusari possunt? Artifices etiam multi: qui volunt se ciuibus ꝛ nobilibus equare: et rustici artificibus volunt equipararí: mulieresq eorũ quid dicẽt ante tribunal Christi? O quot mulieres ꝓpter hoc damnabunt: que multa supflua habẽt ꝛ retinẽt in capsis: ꝛ pauperes fame pereunt. De clericis autem ꝛ ecclesie sacerdotibus qui debent maiori simplicitate vti ꝙ laici ꝛ qui tenentur pascere pauperes: melius puto flere ꝙ aliquid dicere. Quot enim superflua hodie habeant: que expendũt sicut volũt totus mundus nouit. Qua facie igitur ante tribunal Christi adeo terribile tales poterũt apparere? Sed quid dicemus etiã de religiosis taꝫ monachis ꝙ mendicãtibus vbiq terrarũ: qui edificãt nõ monasteria: sed palatia ꝛ pretiosis vestibus vtunt de pãno magni pretij ex lana subtili: qua nulla vanior ostentari potest: cũ scd̃m regulã viles vestes habere deberẽt: ꝛ gaudent in solẽnitatibus ante altare vestiri auro ꝛ argento ꝛ serico. Et cum votum paupertatis emiserint: fugiunt eam quasi leenam ꝛ vriam captis filijs. Et volunt esse pauperes delicati: querentes elemosinas pauperũ: ꝛ eas in pompis ꝛ supfluis expendẽtes. Si isti simpliciter viuerent scd̃m ea que superius diximus: quot superflua inueniremus in domibus eorum? Primo quidẽ nõ oporteret tot elemosinas querere: ꝛ bona pauperuꝫ sibi cũ tanta auiditate vsurpare. Secũdo multa que iam acquisita sunt paupibus erogarentur: qꝛ sunt superflua. De monialibus autẽ tot ꝛ tanta scribenda suppe=

terent q charta nō sufficeret. Hodie enim multa superflua habēt tam in cōmuni q̄ in particulari. Volunt em̄ habere tunicas ⁊ oēs vestes duplicatas et triplicatas libellos aureos: pueros gypseos siue ligneos: videlicet earū: quos vestiunt auro ⁊ argento ⁊ margaritis. Et cū pauperes nō habeant panē quo sustentent: nō compatiunt eis. Excusant autē se hodie multi dicentes Nos facimus hec oīa ad honorem Dei: quia honorantes ⁊ magnificātes ecclesias ⁊ paramēta: honoramus Deum. Dicite mihi. Ea multa que in cellis ornatis habent: quid faciūt pro honore dei? Vestes subtiles et que sunt magni pretij: quomodo honorant Deum? Non ne religio Christiana paupertate decoratur. Nonne quando quis magis paupertate delectat reputatur melior Christianus: ⁊ ex hoc Deo maior honor acquiritur Dicite iterum. Quomodo potestis pati q pauperes quorū hodie tanta copia est: in tanta miseria: fame ⁊ frigore pereant? quando possetis eis cōmode subuenire. Habetis calices sup fluos ⁊ paramenta et cruces aureas ⁊ argētea vasa: quare hec nō conflantur ⁊ pauperibus erogantur? Certe aurum sacramenta nō amant: nec eo egent. Patres enim nostri calices ligneos habebāt: sed tunc calices lignei sacerdotes aureos habuerūt: nunc aūt calices aurei sacerdotes ligneos habēt. At quid ergo frustra predicamus hec ⁊ similia fecisse: Ambrosium: Augustinū: Gregorium: Exuperiū: Nicolaum: Martinum: ⁊ alios innumerabiles Sanctos Pontifices et Abbates: si hec opere nos etiam non implemus? Nonne dicit Apostolus. Templū dei sanctum est:

quod estis vos. Pauperes ergo Christi sunt tem plū Christi. Uidetur ergo ne vobis bonū seruare in capsis argentū ꝛ aurū: ꝛ ornare templa marmorea et permittere tēpla Dei fame perire? Juuenculasq nubiles propter necessitatē prostitui: ꝛ alia multa mala fieri? Nō inuenitur alicubi Christū nobis pre cepisse vt faciamus calices ꝛ paramēta aurea: ꝛ tē pla magnifica. Uerum ꝙ pauperes nutriamus. Et vos relinquitis preceptū dei propter traditiones vestras sicut Scribe ꝛ Pharisei Jacobus dixit. Re ligio munda ꝛ immaculata hec est. Uisitare pupil los ꝛ viduas in tribulatione eoꝝ: ꝛ immaculatū se custodire ab hoc seculo. Et nō dixit. Religio munda et immaculata hec est. Facere vel habere calices ꝛ paramenta aurea. Si pauperes nō essent nobiscum laudarē profecto vt ad honorē dei hec fierent: vel fa cta seruarentur. Sed quia omnia corporalia sunt fa cta propter hoies: cum necessitas adest: debemus etiā frangere calices ꝛ pauperibus erogare ꝛ retine re ea solum que necessaria sunt ad missas celebran das. Nā legitur de Exuperio Episcopo Tholosano ꝙ calices ꝛ paramenta ꝛ etiam tabernaculum cor poris Christi paupibus vedit: ipsumq Christi cor pus in fiscella lignea ꝛ sanguinē in vase vitreo defe rebat. ¶ Sed dicunt quidam: Moyses fecit taber naculum Domini cum multa sumptuositate auri: argenti: ꝛ lapidum preciosorum ꝛ Salomon simili ter templum. Ad hoc respondemus primum ꝙ hec in figura contingebant illis. ¶ Secundo ꝙ tem pore Moysi non erat opus aliquid erogare pau peribus: quia pascebantur manna in deserto: et

vestes eorum et calciamenta in tanto tempore non defecerunt: vt legitur in Deuteronomio. Tempore quoque Salomonis erat tanta abundantia auri: vt argentum pro nihilo haberetur: vt legitur in tertio libro Regum. Sed hei mihi cur frustra laboro? cur aduersum me totum mundum et maxime clericos et tepidos religiosos concito? Frustra niti et nihil aliud preter odium querere extreme dementie est. Sed ego neminem particulariter damno: nec ad indiuidua descendo. Sed vos fratres meos mecum excito: vt tandem aperiamus oculos mentis: et videamus periculum nostrum. Consideremus fratres diligenter ea que superius diximus: et ea que hodie facimus et seruamus: et apertissime cognoscemus nos: de via recessisse: et a prioribus christianis et sacerdotibus et clericis et monachis valde distare. Et vtinam vita nostra tantummodo dissimilis inueniretur eis: et non contraria. Ergo de graui somno iam surgamus: quia hora est iam nos de somno surgere. Dies enim precessit: nox autem propinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sic vt dic honeste ambulemus: ne nox apprehendat nos: in qua nemo poterit operari: sed reddet deus vnicuique iuxta opera sua.

¶ Liber Quartus.
¶ De simplicitate Christiane vite.
¶ De Felicitate vite christiane.

¶ Conclusio Prima.



Nter oīa aīalia soli homini cōuenit agere ꝓpter finē. Illud dicimus agere propter finē: qđ ꝓstituit sibi finē. et ad ipm ordinat media illi ꝓportionata. hoc aūt nō pōt fieri sine aliquo discursu rōnis: q̄ inter aīalia soli homini cōuenit. Ergo inter ea soli ipsi cōuenit agere ꝓpter finē. Animalia eñi bruta potius ad suos fines aguntur ꝙ̄ ipsa agant.

¶ Secunda Conclusio



Liquis est vltimus finis humane vite In oībus eñi que per se habēt ordinē adinuicē: oportet ꝙ remoto primo: remoueant̄ que sunt ad primū. Remoto enim primo motore vel prima causa: cetera mouentia ⁊ oēs alie cause cessabunt. In actionibus autē humanis est aliq̄s ordo: quia vnam rē ordinamus ad alterā: sicut in edificatione domus lapides ordinamus ad parietes: ⁊ parietes ad domū: ⁊ domum ad quietā habitationē. In huiusmodi autē primuꝫ quod mouet intentionē agentis ad opus est finis: ad quē intēdit ꝑ media ꝑuenire. Si ergo nō eēt aliquis finis vltimus: appetitus n unꝙ̄ firmaretur: sꝫ semper vellet vnū propter alterum: et hoc alterum propter aliquid aliud ⁊ sic in infinitū. Sequeretur ergo ꝙ nunꝙ̄ eius actio terminaret̄: qđ est incōueniens. Ergo oportet dare aliquē finē humane vite: q̄ sit simpliciter vltim⁹: a quo homo qui est dn̄s suoꝝ actuū incipiat operari: ⁊ ꝙ̄uis nō oporteat ꝙ semꝑ de illo fine actu cogitet: opꝫ tamē ꝙ saltē habitu vł cogitatione terminata vel confusa semꝑ ab illo moueat̄ ad agendum. Nam oēs ad agendū mouentur

ꝓpter fugiendam miseriam: ⁊ felicitatem ꝯsequendam: quia oēs hunc finem in confuso habent naturaliter insertum: Quis differūt in eo in quo felicitas determinate inuenitur.

¶ Tertia conclusio.

In confessione vltimi finis felicitas hoīs consistit. Felicitas enī est bonum perfectum: quod quietat totaliter appetitū. Illum enim dicimus esse felicem: qui habet ⁊ qcqd vult: ⁊ nihil aliud sibi restat appetendum. Tūc autem vnūquodqȝ est perfectum cū attingit finē suū. Nam omnia alia facit: vt ipsum attingat. Quādo ergo peruenerit ad ipsum nihil restat appetendum sibi. Iam enī perfectum est. Nam imperfectum semper appetit suam perfectionem: Quod autem iam perfectum est nulla ratio admittit ꝙ aliquid appetat amplius.

¶ Quarta conclusio.

Felicitas hoīs in nullo bono hoīs exteriori cōsistit: Bona exteriora dicimus diuitias: gloriā: honores: dignitates: ⁊ potestates: ⁊ huiusmodi. Quod ergo in his non consistat hominis beatitudo quis infinitis pene rationibus probari possit: tamē quia iam fere oībus notum est: pauca ad presens sufficiāt. Primo ergo quia beatitudo est summum bonum hominis ⁊ summū bonum non compatitur secū aliquod malum: sicut nec summū calidum compatitur secū aliquod frigidū: non potest beatitudo in predictis bonis consistere: quia omnia predicta cōpatiuntur secū multa mala: vt experiētia docet: ⁊ maxime ma-

la culpe: quia hec prauis et sceleratis hominibus possunt prouenire. Secundo quia beatitudo est bonum per se sufficiens: et ideo ea adepta necesse est quod nullum bonum desit. Sed adeptis predictis possunt adhuc multa bona humane nature conuenientia deesse hominibus vt puta sapientia: sanitas et multa similia. Ergo in eis non consistit beatitudo. Tertio quia cum beatitudo sit bonum perfectum ex beatitudine non potest aliquod malum alicui prouenire: quod non conuenit premissis. Nam ex diuitijs et gloria et honore et potestate hominibus proueniunt multa mala propter inuidiam et odium aliorum: ita vt frequenter interficiantur diuites et secundum hoc seculum gloriosi et semper insidie eis preparentur. Quarto quia ad beatitudinem homo ordinatur per principia interiora cum ad ipsam naturaliter ordinetur: premissa autem quattuor bona magis sunt a causis exterioribus vt a fortuna: vnde etiam bona fortune dicuntur. Patet ergo quod in eis nullo modo beatitudo consistat.

¶ Quinta conclusio.



Felicitas hominis non consistit in bonis corporis. Bona corporis dicimus esse vitam: sanitatem: pulchritudinem: iuuentutem: fortitudinem: et similia. Quod ergo in his non consistat beatitudo patet: quia corpus ordinatur ad animam tanquam ad finem suum. Materia enim est propter formam: non autem forma est propter materiam. Et ideo omnia bona corporis ordinantur ad bona anime sicut ad finem. Preterea si in huiusmodi bonis beatitudo consisteret sic

queretur q in beatitudine multa animalia excelle-
rent hominē: qꝛ a multis animalibus in huiusmodi
bonis superatur: vt in diuturnitate vite ab elephan
te: in fortitudine a leone: in cursu a ceruo: in visu ab
aquila: in sanitate fere ab omnibus. Nam homo in-
diget multis ad cōseruationē sanitatis: quibus nō
egent cetera animalia. Itaqꝫ in bonis corporis im-
possibile est q beatitudo hominis consistat.

¶ Sexta conclusio.

FElicitas nō consistit in voluptate nec in
bonis anime sensitiue. Quanto eñ ali
quid suo fini magis appropinquat tan
to est perfectius. Si ergo cōsisteret bea
titudo in bonis anime sensitiue: tanto homo efficere-
retur perfectior q̄to sensibilior ꝛ q̄to plus gule ꝛ lu
xurie ꝛ voluptatibus alijs vacaret: ꝛ sic q̄to esset be
stialior: tanto esset felicior: quod est absurdū. Pre-
terea si sic esset: bestie essent participes felicitatis.
Et cum bestie nō habeant memoriā mortis ꝛ miseri
arum huius vite nec cognitionē dei nec timorē iudi
cij eius: nec leges quibus voluptates multe prohi-
bentur: nec verecundiā: nec repugnantiā carnis ad
spiritum desiderabilius esset bestiam q̄ hoies: quia
bestie essent feliciores q̄ hoies: quod est absurdum.

¶ Septima conclusio.

FElicitas hominis in bonis pertinenti
bus ad animā intellectiuam consistit.
Sicut eñ corp⁹ est ꝓpter animā: ita ꝛ
anima vegetatiua propter sensitiuā: ꝛ

sensitiua propter intellectiuã. Cũ ergo intellectus sit finis corporis ꝛ aliarum partiũ aïe: patet in opere eius vel bonis ad opus eius ꝑtinẽtibus ꝛ cõsistit felicitas hoïs. Preterea cũ felicitas sit hoïs perfecti: et perfectio hoïs in q̃tum est homo consistat in bonis intellectus ꝛ voluntatis patet ꝙ eius felicitas in huiusmodi bonis consistit.

¶ Octaua conclusio.

Felicitas hominis in nullo bono creato cõsistit. Beatitudo enim in bonum perfectum: quod totaliter quietat appetitum: alioquin non esset vltimus finis: si adhuc restaret aliquid appetendũ. Obiectum autẽ voluntatis que est appetitus humanus: est vniuersale verum. Experimur enim ꝙ sicut intellectus infinita particularia vera potest intelligere .i. nõ tot intelligit quin plura possit intelligere semꝑ continuando vsq; ad infinitũ: ita etiã experimur ꝙ voluntas infinita ꝑticularia bona potest velle id est nõ tot desiderat quin plura p' ssit desiderare vsq; in infinitum. Et ideo nunq̃ voluntas poterit satiari: nisi ꝑuenerit ad aliquod vniuersale ꝛ infinitum bonum. Hoc autem nõ potest esse bonum creatum: quia omne creatum habet bonitatẽ participatam ꝛ particularem. Ergo in nullo bono creato felicitas hominis consistit.

¶ Nona conclusio.

Felicitas hominis in sola dei contemplatione ꝛ fruitione consistit. Jam enim dictum est ꝙ intellectus noster in contemplatione particularium rerum nõ

quiescit: nec voluntas satiatur in bonis creatis. Ultimus ergo eorum finis est verum ⁊ bonum vniuersale: quod est deus. In sola ergo dei contemplatione ⁊ fruitione felicitas hominis consistit. Preterea naturaliter homo desiderat scire iuxta illud. Omnes homines natura scire desiderant. Scire autem tunc opinamur: cum causam cognoscimus. Unde quilibet viso aliquo effectu naturaliter inclinatur ad desiderium cognitionis cause. Cum ergo omnia sint causata preter deum: quicquid homo cognouerit preter deum: aut illud cognoscet perfecte aut imperfecte. Si imperfecte cum omnis imperfectio desideret suam perfectionē: nō quiesceret eius appetitus: donec ad perfectam cognitionē peruenerit. Et cum felicitas sit hominis perfectio: ⁊ quies appetitus: patet ꝙ ex tali cognitione nō poterit homo esse beatus. Si autem perfecte creaturam cognouerit vel vnam vel plures vel etiam omnes: certe intelliget ꝙ ab aliqua causa dependent. Cum ergo naturaliter homo cognito effectu desideret cognoscere causam. patet ꝙ appetitus nō quiescet: sed ad cognitionem cause seipsum conabitur extendere: et tanto vehementius: quanto excellentiores effectus dei videbit ⁊ perfectius eos intelliget: quia motus naturalis quanto magis appropinquat termino: tanto est vehementior ⁊ velocior. In sola ergo dei contemplatione ⁊ fruitione quiescit desiderium hominis ⁊ eius beatitudo consistit. Ideo egregie dixit Augustinus. Fecisti nos domine ad te: ⁊ inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.

Nona conclusio.

F Elicitas hoīs essentialiter consistit in operatione intellectus: perfectiue aūt in actu voluntatis: qui est fruitio seu delectatio. Actus eni volūtatis semp p̄supponit actū intellectus. Nā obiectū volūtatis ē bonū apprehensū. Cū ergo beatitudo essentialiter sit consecutio vltimi finis: ꝙ primū quis ꝯsequit vltimū finē: tam primū est beatus. Sed hō ꝯsequit vltimū finē suū qui est deus: statim cū ipsum attingit. Ipsum aūt statim attingit: cū ipm ꝯtemplat. Ergo statim in ipsa vltimi finis ꝯtēplatione homo est essentialiter beatus: qꝛ vero ꝯtēplationē dei sequitur maxima delectatio: in qua ipsa eius apprehēsio perficitur: dicimus ꝙ in delectatione ꝛ fruitione eius cōsistit beatitudo ꝑfectiue. Sicut etiā de hoīe dicimꝰ ꝙ in vnione aīe intellectiue ad corpus cōsistit essentialiter homo: in accidētibus vero naturaliter subsequētibus esse aīe intellectiue: ꝛ in quibusdā alijs etiā nō naturaliter subsequētibus ꝯsistit hō ꝑfectiue: Unde phūs dicit ꝙ delectatio se hꝫ ad beatitudinem sicut pulchritudo ad iuuentutē.

Decima conclusio.

F Elicitas hoīs perfecta nō pōt eē in hac vita mortali. In hac enim vita nō possumus cognoscere deū nisi per creaturas qꝛ necesse est intelligentē phantasmata speculari. Cognitio aūt dei ꝑ creaturas est imꝑfecta. Et ideo in hac cognitione ꝛ ꝯtēplatione dei aīmus nō quiescit: qꝛ vt dictū est oīe imꝑfectū appetit suā ꝑfectionē. Preterea cū beatitudo sit status oīm bonoꝝ ag

gregatione pfectus: vt dicit Boetius: nõ est possibi-
le in hac vita mortali: in qua tot ꝛ tãta ad pfectionẽ
corporis ꝛ aie exigunt: vt vnus homo possit oia hu
iusmodi bona sibi aggregare: presertim qꝛ vnum de
maximis bonis corpis est imortalitas: ꝛ vnũ de ma
ximis bonis aie est scientia. Immortalitas aũt ha-
beri non potest in vita presenti. imo nec terminum
vite scire possumus: sed semp mors videt nobis vbi
qꝫ parari. Sciẽtia vero a paucis in longissimo tem
pore ꝛ cũ mixtione multorũ erroꝝ habetur. Multa
preterea alia bona nobis semp deficiũt: quoꝝ defe-
ctu a dei contẽplatiõe hoies auertũtur: in qua bea-
titudo consistit.

Undecima conclusio.

Felicitas quedã inchoata põt esse in hac
vita mortali. Cũ em duplex sit qes cor-
dis hũani. videlꝫ qes appetit⁹ et quies
motus ipsi⁹ appetit⁹: hõ pfecte acqre-
re potest in hac vita primã quietẽ: que est quedã in
choatio beatitudinis. Nam quies appetitus est de
terminatio quedã eius ad aliquid quod est vere fi-
nis ei⁹. Quãuis em quilibet naturaliter desideret
beatitudinẽ in vniuersali: quia quilibet desiderat p
fectionẽ suã: tamẽ in particulari multi errãt nescie
tes inuenire illud in quo hec beatitudo cõsistit. Et
ideo appetitus eoꝝ vagat ꝛ nõ quiescit. Sed cũ in-
uenerit ꝙ in ꝯtẽplatione dei beatitudo consistit: et
hanc contẽplationem contendit acquirere relictis
oibus aliis studiis: iã icipit appetit⁹ in hac pte qes
cere. Veruꝫ qꝛ contẽplatio dei in hac vita impfecte
habet: nõ quiescit appetit⁹ secũdo modo: sꝫ adhuc

mouetur ad perfectionem huius cōtemplationis acquirendam: ꝛ q̄to magis aliquis appropinquat beatitudini perfecte ꝛ efficitur particeps eiꝰ: ꝛ hec dicitur beatitudo inchoata.

¶ Duodecima Conclusio

FElicitas inchoata ꝑfectius habet a xp̄ianis q̄ philosophis. Contēplatio em̄ ꝛ fruitio xp̄ianoꝝ quas hn̄t de deo sūt maiores ꝑ se: q̄ contēplatio ꝛ fruitio philosophoꝝ etiā ꝑfectissimoꝝ. Ex superioribus nāq patet q christiani vita nō fundatur in aliquo naturali quod sit in homine: nec etiam in aliquo qđ sit extra hoīem: sed solū in gratia dei supnaturali: per quam eleuatur ad ꝑticipationē diuine nature. Cum ergo operatio sequatur esse rei: qr vnūquodq scđm suaꝫ naturā hꝫ virtutē ꝛ operationē: q̄to esse est ꝑfectiꝰ tāto etiā operatio est ꝑfectior. Perfectius autē est esse gratie q̄ nature: igitur ꝑfectiores sunt operationes: que a gratia procedūt: q̄ que ꝓcedūt a natura. Cum ergo maior delectatio sequat operationeꝫ ꝑfectiorē: sequit q maiores sūt delectatiōes spūales xp̄iani q̄ philosophi: qr opationes philosophi oēs sunt naturales. Preterea cum beatitudo in cōtēplatione dei consistat: q̄to quis habet de deo maiorem cognitionē: tanto etiā habet vel habere pōt maiorē cōtēplationē ꝛ fruitionē. Sed christiani habent maiorē cognitionē de deo q̄ philosophi: tuꝫ ꝓpter lumen gratie: quo lumen naturale ꝑficitur: tū ꝓpter multa que cognoscūt christiani philosophis penitus incognita: tum ꝓpter maiorem mētis pu-

ritatem: quam habēt veri christiani: vt dictū est supra. Ergo delectationes quas hñt Christiani ī suis contēplatiōibus sunt p se maiores: q̄ ille quas habent philosophi etiā perfectissimi. Cū igitur beatitudo inchoata ꝯsistat in contēplatione ꝛ fruitione dei in vita presenti: sequitur ꝙ hec beatitudo perfectius a Christianis q̄ a philosophis possidet. Preterea q̄to beatitudo inchoata est propinquior beatitudini ꝑfecte tanto est maior. Sed beatitudo christianoꝝ inchoata est propinquior beatitudini perfecte q̄ beatitudo philosophoꝝ: cū ad beatitudinē ꝑfectam nullus nisi per gratiam possit peruenire. Ergo patet ꝙ xp̄iani verius in hac vita beatificant q̄ philosophi: immo super omnes homines mundi Si enī superant philosophos: multo magis alios homines excedunt.

¶ Tertiadecima conclusio.

Delectationes quas habēt perfecti christiani in contemplatione dei superant oēs delectationes huius mundi tā sensibiles q̄ intelligibiles. Ad delectationē enī tria requirunt: scꝫ bonū cōiunctū: ꝛ id cui cōiungitur: et ipsa coniunctio: que requirit cognitionem ꝛ vnionem: vt in delectatione gustus requirit cibus delectabilis: ꝛ sensus gustus bene dispositus ꝛ vnio vtriusq; cū cognitione: qꝛ si vniretur gustabile gustui dormientis: qui hoc nō cognosceret: certe non delectaretur. ¶ Est ergo primo notādū ꝙ quāto bonū delectabile est ꝑfectius: tanto est aptū natum causare maiorē delectationē. Certū est autē ꝙ intelligibilia sunt ꝑfectiora entia sensibilibꝰ. et pri

ma veritas est perfectissimuȝ ens. Ergo prima veritas est apta nata causare maximas delectationes.

¶ Secundo nota ꝙ quanto aliqua potentia est altior ꝛ perfectior: tanto etiam maiores potest in suo opere habere delectationes. Naȝ delectatio sequitur operationē. Et ideo perfectiorē operationeȝ sequitur perfectior delectatio. Quanto aūt potentia perfectior: tanto habet perfectiorem operationeȝ. Eiusdē aūt potētie illa opatio est perfectior q̄ attingit pfectius obiectū. Cū ergo ītellectꝰ sit altior potentia q̄ꝫ sensus eius operatio est perfectior q̄ꝫ operatio sensus: ꝛ ad ipam etiā sequitur maior delectatio per se q̄ꝫ ad operationē sensus. Inter opationes autē intellectus perfectissima est ꝯtēplatio prime veritatis: ergo hanc sequitꝛ maxime delectatio.

¶ Tertio est notandū: ꝙ quanto coniunctio obiecti ꝛ potētie est intimior: sequitur etiā tanto maior delectatio. Sed obiectuȝ intellectus magis vnitur ipsi intellectui ꝛ intimius q̄ꝫ sensui obiectū eius: qꝛ spiritualia fortius vniūtur q̄ꝫ corporalia: ꝛ maxime deus: qui intime est in omnibus rebus. Et ideo ex vnione dei ad intellectū sequitur maxima delectatio. Ex natura ergo ꝛ perfectione obiecti ꝛ potentie ꝛ vnionis patet ꝙ delectationes sequentes operationē intellectꝰ sunt maiores q̄ꝫ delectationes q̄ sequūtur operationē sensus: ꝛ maxima est que sequitur contēplationem dei. Cuȝ ergo deus perfectius a christianis cognoscatur q̄ꝫ ab aliis hominibꝰ etiā philosophis perfectis vt probatum est supra: ꝛ cuȝ lumē naturale intellectus eoruȝ per lumen gratie sit factū perfectius: ꝛ vnio dei ad animam: et econ=

uerso per gratiā sit maxima: sequitur tum ex parte obiecti tum ex parte potētie tum vero ex parte vnionis: q delectationes quas hñt Christiani in contēplatione Dei: superēt oēs huius mundi delectationes tam sensibiles q intelligibiles. Preterea cum in vno quoq3 genere sit dare vnum primū qd est mensura aliorū q̄to alia q̄ sunt in illo genere magis appropinquāt illi primo: tanto sunt magis talia: vt in genere calidorū ignis est maxime calidus et mensura aliorū calidorū. Quanto em̄ aliqua sunt igni propinquiora: tanto sunt calidiora. Cu3 ergo Deus sit in summo beatitudinis et fruitionis: quanto aliqua sunt Deo proximiora et magis similia: tanto sunt perfectiora et maioris delectationis susceptibilia. Certum est aūt q intellectus est magis ppinquus deo q̄ sensus. Ergo delectationes intellectus sunt maiores q̄ delectationes sensus. Cū aūt aīa intellectiua christiani per gratiā et dona supnaturalia sit deo propinquior q̄ quelibet alia que nō est in gratia: vt ex supioribus patet: sequit q inter oēs hoīes christianus plus participat de fruitione et delectatione diuina: que superat oēs alias delectationes. Hec autem diximus de christiano perfecto: q2 impfectus adhuc habet multa impedimēta: quibus diuinoru3 contemplatio impeditur: vt nō possit delectationes spirituales ita gustare sicut eas gustant viri perfecti. Illud tñ vel modicū quod de eis sentit propter feruorem charitatis supernaturalis a deo sapit et gratum est: vt propter ipsum oēs huius mundi delectationes despiciat: dicens cum Propheta. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Ex quo

sequitur: cum oēs veri christiani fugiant huius secu
li delectationes ⁊ summo studio querāt diuinas cō-
templationes ⁊ fruitiones: etiā quādo imperfectū
quid de deo gustant: q͂ minime delectationes diui-
norū maiores sint q̄ oēs delectationes huius seculi
Unde vnus pro oībus dicebat. Renuit cōsolari aīa
mea: memor fui Dei: ⁊ delectatus sum. Et si hoc nō
videatur verum hoībus carnalibus non debemus
mirari: qꝛ tales penitus ignorant delectatiōes spi
rituales. Sed lauamini o peccatores: mundi estote
auferte malum cogitationū vestrarū: quiescite age
re peruerse: discite benefacere: ⁊ venite ⁊ arguite me
nisi hec que diximus esse vera probetis.

¶ Conclusio decimaquarta

Maximas delectationes Christiani ha-
bent in contēplatione Christi crucifixi
Cum enim inuisibilia per visibilia co-
gnoscamus: ⁊ necesse sit in hac vita in-
telligentē phantasmata speculari: nihil visibile po
test inueniri: quod magis ducat nos in cognitionē
et amores inuisibiliū ⁊ diuinorū q̄ contēplatio chri-
sti crucifixi: que a vero lumine fidei procedit. Quia
nihil est quod magis ostendat nobis diuinā bonita
tem ⁊ erga nos inestimabilē charitatē quod est ma
xime delectabile: qꝛ cum amari sit valde delectabi-
le: quis dubitat q͂ amari hoc modo a summo deo in
tantū vt dignatꝰ sit ꝓ nobis crucifigi: est sup̱ oīa de
lectabilissimū. Huiusmodi aūt Christi crucifixi con-
templatio Dei erga nos bonitatē representat. Er-
go maximas anime contemplanti affert delectatio
nes. Preterea spes boni causat delectationē: quia

aliquo modo facit bonum presens. Quanto autem spes est de maiori bono et certiori: tanto maiorē causat delectationē. Sed nullum maius bonum excogitari potest eo quod christiani sperant et nihil etiā potest esse certius: quia de ipso certificati sunt ab ipso Deo: qui propterea crucifix⁹ est. Ergo ex hac spe Christiani maximas hn̄t delectationes. Preterea admirationē sequitur delectatio: quando qui admiratur sperat ad cognitionē eius de quo miratur peruenire. Nihil autem est mirabilius q̄ Deum factum hominē et pro hominibus crucifixum. Cum ergo christianus hoc contēplatur cum spe firma perueniendi ad visionē tante rei: adeo delectatur: vt nihil ei possit esse delectabilius. Preterea cum deus sit perfectissimus: nō poterat eius bonitas per vnā solam creaturā nisi imperfecte manifestari. Et ideo vt perfectius eius bonitas cognosceretur: oportuit multitudinē diuersarū creaturarū pducere: in quarum varietate dum mens nostra diuersimode diuinam bonitatē contēplatur: mirabiles sentit in corde delectatiōes. Quia ergo bonitas christi Dei nostri excedit capacitatē oīm intellectuū in diuersis operibus eius mirabilibus et supnaturalibus: que diuersis tp̄ibus in mundo operatus est: eius dulcē et inextimabilem charitatē contēplamur. In quibus mirabili modo anima nostra pascitur et delectatur. Cum autē inter omnia eius opera nullum sit in quo magis eius bonitas resplendeat q̄ in eo quod est esse pro nobis crucifixum: sequitur q̄ in contemplatione crucifixi sit maxima delectatio. Preterea hoc experientia probat. Nā infiniti Christiani ope

ribus manifeste ostenderunt se maximas in cõtẽplatione crucifixi habuisse delectationes. Et certe impossibile esset describere multitudinẽ pene infinitam diuersarũ delectationum: quas experti sunt et quotidie experiuntur sancti Dei homines in contẽplatione huiusmodi. Quarum magnitudinẽ vita antiquorum Christianorum ostendit: quando vtriusque sexus innũerabiles Martyres in medijs martyrijs pro nomine Jesu nõ modo patientes erant: sed etiam cum maxima hilaritate exultabant. Innumerabiles quoque monachi in solitudine: in eremis: et speluncis pauperes et nudi cum summa delectatione degebant. Innumerabiles etiã doctissimi viri nõ solum delectationes corporis et oĩa philosophie studia: sed etiã semetipsos propter contemplationem Crucifixi reliquerunt.

❡ Conclusio decimaquinta.

Sacra scriptura miro modo eleuat Christianum ad huiusmodi contẽplationes et delectationes. Primo quia tota sacra scriptura ad Christum crucifixum ordinatur. Unde dicit Apostolus. Finis legis est Christus. Jtem cũ scripta sint signa vocum et voces sint signa conceptuũ: conceptus aũt anime a lumine interiori procedãt: quanto lumen anime est maius: tanto etiã cõceptus sunt pfectiores et modus loquendi efficacior: et scripto pfundiora. Lumẽ aũt supnaturale est maius quam naturale. Et cũ lumẽ supnaturale habeat gradus: certũ est quod de eo in maximo

abundantia habuerunt Prophete et Apostoli: et Euangeliste: quos Deus ita illuminauit: vt scribē-do ꝛ predicando errare non possent: Et ideo eorum conceptus: voces ꝛ scripta fuerūt maxime altitudinis efficacie ꝛ grauitatis. Qui ergo sine lumine supernaturali scripturas se intelligere arbitrat: sine alis ꝛ pēnis volare contēdit. Hinc est ꝙ quidam inflati philosophi: oratores: poete ꝛ grammatici: hoc non intelligētes non aliter ad scripturas accedūt ꝙ ad philosophoꝝ ꝛ oratorum vel poetaruꝫ libros Et ideo Tullianam eloquentiā philosophic aꝗ argumenta in eis non inuenientes statim irrident et despiciūt: quia putant nihil altius vel profundius esse posse ꝙ ea que philosophi inuenerūt. ꝛ nullam meliorē eloquentiam ꝙ eam quā oratores ꝛ poete lumīe naturali exquisierūt. Sed qui habitat in celis irridebit eos ꝛ dominus subsanabit eos. Quia animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Stultitia eñ est illi: ꝛ non potest intelligere ꝗ spiritualiter examinatur. Christianus ergo qui lumen supernaturale hꝫ: si purgatus mente cū omni humilitate scripturas Apostoloꝝ ꝛ Prophetarū legerit: ꝛ leg ēdo meditatus fuerit: ꝛ meditādo pro eaꝝ intelligentia Deū orauerit: ꝛ nō currendo: sed īmorando in diuersis locis ꝯtēplatus fuerit: miro modo ad supnaturalia eleuabitur: et inueniet delectationes eternas: que superabūt oēs huius seculi voluptates. Unūquodꝗ eñ delectatur in eo qđ est sibi ꝯnaturale. Et hinc est ꝙ in rebus naturalibꝰ diuersoꝝ sūt diuerse voluptates. vñ dixit ille. Trahit sua queꝗ voluptas. Ei autē qui habet lumē supna

turale: est maxime cõnaturale studium scripturarũ cum ab eodem lumine processerint. Et ideo in contemplatione earum maximas inuenit christianus delectationes. Preterea vnũquodqz delectatur in operatiõe sibi propria: sed nulla est operatio magis propria xpiano ꝙ contemplatio Christi per studia scripturarum. Nam si contẽplari vellet crucifixum per rationẽ naturalẽ ⁊ per studia philosophie pretermissis scripturis: vel nihil proficeret: vel in aliquos errores incideret. Huiusmodi enĩ contemplatio est propria operatio luminis naturalis: que imperfecta est: ⁊ per eam fidei altitudinem attingere non valemus. Et hinc est ꝙ theologi moderni qui potius philosophie dant operam ꝙ sacris scripturis: minus sunt deuoti ⁊ contẽplatiui ꝙ simplices. Preterea veritas que est obiectũ intellectus: quãto est altior: tãto maiores delectationes affert. Veritas autẽ scripturarum est altissima: quia de his tractãt scripture: que nullo naturali lumine cognosci possunt. Preterea cuz natura nostra sit variabilis non semper in eadẽ delectatur: sed magis nobis rerum varietas placet. In scripturis autẽ ẽ mira varietas dum semp de diuinis rebus loquunt. Est enĩ ibi diuersitas historiarum ⁊ multiplicitas sensuum varietas figuraruz: miraqz consonantia noui et veteris testamẽti: ⁊ oĩum librorum eius. Cunqz semp ad dei ⁊ pximi charitatẽ tendant: ⁊ de diuinis rebus vel in historia vel in sensu mystico loquantur: videntur tamẽ semp noua dicere: ⁊ diuersos flores ⁊ fructus nobis offerre pp̃ter qđ mirabiles scripture sãcte studium habet delectationes.

¶ Decimasexta conclusio

Q Uanto magis christianus simpliciter viuit: tanto maiores de deo et domino nostro iesu christo ꝛ sacrarum scripturarum studio habet ꝯsolationes. Si em̃ loquamur de simplicitate interiori: certũ est quod diximus: qꝛ q̃to intellectus noster ꝛ affectus ẽ magis simplex: tanto est aptior ad illuminationes diuinas ꝛ ꝯsolationes. Simplicitas em̃ cordis requirit purgationẽ ab effectibus terrenis: vt spiritus totus et tota anima dirigant̃ ad deũ: ꝛ assimilent̃ deo: ac tot⁹ homo fiat simplex ad similitudinẽ dei. Si etiã loquamur de exteriori simplicitate patꝫ. Contemplatio em̃ diuinoꝝ req̃rit maximaꝫ quietẽ cordis. Et ideo q̃ vult frui illuminationibus diuinis: debet a strepitu huius seculi se alienare q̃tum potest. Cũ scriptũ sit. Ducam eam in solitudinẽ: ꝛ loquar ad cor eius. Et iter. Sedebit solitarius ꝛ tacebit: qꝛ leuabit se supra se. Quãto aũt aliquis est ditior: tanto est magis in terrenis gubernãdis inuolutus ꝛ minus ꝯtẽplationi deditus. Ubi aũt sunt pauca exteriora. ibi minor est distractio a contemplatione. Jõ sancti patres ꝯtẽplatiuã vitã desiderãtes: oĩa relinq̃bant ꝛ ad solitudineꝫ se transferebant: paucis contẽti: vt expeditius contẽplationi vacarẽt. Unusq̃sq; ergo gradu suo q̃to magis simplicitati studebit: tanto maiores de Christo habebit consolationes.

¶ Decimaseptima conclusio.

U Ita christiana ẽ vita beata. Nulla em̃ vita vnq̃ inuẽta est nec inueniri põt: q̃ possit eẽ beatior ista: qꝛ nulla potest in

uenirí melior. Ergo siqua vita in hoc seculo est bea-
ta ē ipsa vita christiana. Preterea vita christiana
ꝯplectitur omnes beatitudines: de quibus tracta
uerūt philosophi. Ita ꝙ quicquid est in eis desidera-
rabile habet. Nam si quis ponat beatitudinē in cō
templatione diuinorum non inuenitur altior contē
platio: vt dictum est: ꝙ cōtemplatio huius vite. Si
autem in virtutibus moralibus ⁊ in vita actiua: id
est in regimine sui ⁊ aliorum: nullū potest inuenirí nec
excogitari in hoc mundo perfectius regimen sui et
aliorum. Si ponatur felicitas in diuitijs: honori-
bus: gloria: ⁊ potestate: vel etiā in bonis corporis.
Ad hoc dicimus ꝙ vita christiana aggregat sibi ali
quo modo hec bona. Dicimus eñi ꝙ causa habꝫ ꝗc
quid perfectionis habet effectus: cum tamē sol qui
calefacit hec inferiora non habeat in se caliditatem
nisi virtualiter: quia non oportet ꝙ causa habeat ꝑ
fectionem effectus secundum eandem rationem se-
cundū quam eam habet effectus. Sed sufficit ad ve
ritatem illius propositionis ꝙ eandē perfectioneꝫ
habeat excellentiori modo. Dicimus ergo a simili
ꝙ vita christiana habet omnia bona: que ab hoīb⁹
secularibus desiderantur: non scdm eandē rationē
sed excellētiori modo: quod hoc solo argumento ꝓ
batur. Nam hec oīa que videntur. ⁊ ab amatorib⁹
huius seculi diliguntur: despicit ⁊ existimat vt ster-
cora: quod esse non posset: cum vita christiana sit sa
piens ⁊ prudens nisi diuitias: honores: gloriā ⁊ di-
gnitates ⁊ cetera bona exteriora multo maiora ha
beret: ꝙ hec que homines carnales tāto desiderio
appetunt. Intus eñi habet dei gratiam ⁊ christū in

habitantē per fidem: quod est adeo magnū donum vt cetera pro nihilo reputentur. Ex quo deinde habet spem certam recuperandi corporis pulchritudinem in resurrectione: ⁊ oīa bona corporalia in maiori gloria ⁊ triumpho ꝙ homo possit excogitare. Et demum semꝑ cum christo viuendi: ⁊ fruendi illa gloria: quam oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: quā preparauit deus diligētibus se. Hinc ergo videm⁹ christianos perfectos letos semper esse: nec aliquid in hoc mūdo appetere: nec etiā aliquid timere: nihilqȝ eos cōtristari posse: sicut scriptum est. Nō cōtristabit iustū quicquid ei acciderit. Unde ibant apostoli gaudētes a cōspectu consilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

¶ Decimaoctaua conclusio

Non est difficile ad hanc vitam peruenire in ea deo iuuante perseuerare. Cum eñ ad hanc vitam requirat gratia gratum faciens: quam solus deus dare pōt ex parte dei dantis facilitas acquirendi eam apparet ex eius bonitate: quia si proprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō etiam cum illo omnia faciliter nobis donabit? Quia vero requiritur dispositio ad gratiam ex parte suscipiētis: non erit etiā difficile ex hac parte ad vitam christianam deo iuuante peruenire: ⁊ in ea perseuerare. Non enim cuiꝙ difficile est id facere: quod est in sua potestate: et maxime quando hoc ratio naturalis dictat: et ad liberum arbitrium

quod violentiã pati nõ potest: pertinet. Nã si quis tria precepta seruauerit que valde facilia sunt ad hanc vitam faciliter perueniet: et in ea perseuerabit

¶ Primum preceptum considerantibus christiane viuere: est mortis et hũane miserie cogitatio. Cũ enim moriant hoĩes sicut et cetera animalia: debet quilibet sepe intra se cogitare: et secũ ita ratiocinari. Ut quid frustra laboro? Quid prosunt diuitie et honores: maxime cum certus sim q moriturus sum: et dies morti mee incertus sit? Si hodie morior: quod nõ est difficile: quid mihi profuit totus mũdus? Et si equalis est conditio hoĩm et iumẽtorũ: profecto miserabiliores sumus oĩbus aĩalibus. Nã brutis natura puidit cibum: vestes: domos: et cetera que ad vite conseruationẽ sunt necessaria. Nos autem hec cum magno labore acquirimus. Bruta sunt contenta presentibus et de futuris nõ sollicitant. Nos aũt contra: nec satiamur presentibus: sed in immensum tendit insatiabile desideriũ nostrũ: et de futuris semper sollicitamur. Bruta nõ subijciunt tot infirmitatibus corporalibus quot subijciuntur homines nec tribulationes: angustias et persecutiones patiunt: quas quotidie videmur innumerabilibus modis hoĩes premere. Bruta paucis minimisq contenta sunt: et in eis cor eorum quiescit. Cor aũt hoĩm semper inquietũ est prauum et inscrutabile atq oĩno miserabile. Bruta deniq non cogitant de vita futura nec de anime immortalitate. Homines vero ppter hanc valde angustiantur: et timent: ne post labores vite presentis transeant ad penas eternas. ¶ Si ergo anima nostra non est immortalis: nulla crea-

tura est ipso homine miserior. ꝙ si est immortalis profecto nō est hic requies humana: sed eā opꝫ querere in alia vita. Cū ergo homo sit nobilissima creaturarū: absurdū est eū dici miserrimū sup oēs creaturas. Cum deus ꝛ natura nihil inordinate faciat. Alioquin oportebit negare dei ꝓuidentiā qḋ stultissimū esset. Cum eīm videamus multa nouiter fieri in hoc mundo: ꝛ nihil possit facere seipsum: nulli dubiū est quin quicqd fit: ab alio fiat. Nisi velimus stulte dicere oīa fieri a casu: qḋ ꝓhibet ordo vniuersi et nature mirabilis ꝓcessus: qꝛ ergo in causis nō est ꝓcedere in infinitū: oportet deuenire ad vnā primam causam: quā homīes confitent esse deū. Unde ꝛ sine ratiocinatione oēs hoīes naturali quodā instinctu deū esse confitent: qḋ patet ex cultu diuino: qui nunq̄ defuit in aliquo genere hoīm. Et ideo nullus firmari potest in hac opinioē ꝙ deus nō sit. Ordo quoqꝫ nature ostendit manifeste deū habere ꝓuidentiā vniuersi. Unde ꝛ philosophi dicunt ꝙ opus nature est opus intelligētie non errantis. Et q̄uis magna altercatio fuerit inter eos: an deus haberet ꝓuidētiam de rebus humanis: tamē si quis recte consideret: negari nō potest: quin deus habeat ꝓuidentiam nō solū de rebus hūanis: sed etiā de oībus minimis quia oīs ꝓuidētia tanto est perfectior q̄to ad plura se extendit. Cum ergo prouidētia diuina sit perfectissima: oportet ꝙ ad oīa se extendat: ꝛ nihil relinquat intactum. Preterea videmus oēs causas naturali quodā instinctu ꝛ vehementi: vt ita dixerim amore inclinari ad gubernationem ꝛ perfectionem suorū effectuū: ꝛ oīa bruta animalia habere quandā

quodammodo mirabilē ꝓuidentiā de fetibus suis. Cum ergo quicq̃d boni habent secūde cause habeāt a prima: cui per oīa assimilari conant̄: manifeste demonstrant primā causam de oībus rebus habere exactissimā ꝓuidentiā: cū sit causa oīm. Preterea si deus nō habet ꝓuidentiā de rebus humanis. Cur hoc est aut q꞉ nō potest: aut q꞉ nescit: aut q꞉ nō vult. Nullū aūt horū attribuendū est deo. Cur eñ nō pōt aut nescit deus qd̄ pōt ⁊ scit homo? Et si vir bonus qui pōt ⁊ scit habere ꝓuidentiā de rebus humanis etiā vult alioquin bonus nō esset. Deus qui maxīe potest ⁊ maxime scit: cū sit summe bonus: cur nō etiā maxime vult? Itē si deus nō habet ꝓuidentiā de rebus humanis: cur datus est homini instinctus naturalis ad cultū diuinū? Deus eñ ⁊ natura nihil frustra facit. Si ergo insani hoīs est dicere deū nō esse: aut ipsum nō habere ꝓuidentiā de rebus humanis ad prudentē ꝑtinet scire ⁊ cogitare cōtinue: aliquē esse mundi gubernatorē: qui de hoībus talē hꝫ ꝓuidentiā qualē hꝫ de rebus naturalibus: videlicet vt queadmodū res naturales ꝑ debita media ad suos fines ꝑducit: ita ⁊ hoīes ꝑ debita media ꝑducat ad beatitudinē. Uerū q꞉ oīa disponit suauiter: vnūqd̄ꝙ scd̄m exigētiā sue forme ad ꝓpriū finē ꝑducit: q꞉ ergo hō est liberi arbitrij. libere etiā ipm ꝑducit ad beatitudinē. Et ideo inter hoīes quidam sunt boni quidā vero mali. Boni sunt quoꝝ vita nō repugnat rōni: nec illūinationibus: ⁊ inclinationibus diuinis sed in oībus querūt ⁊ studēt placere deo. Mali aūt sunt qui nō sequunt̄ rationē: paruamqꝫ vel nullā rectitudinē vite hñt. Si ergo deus habet ꝓuidentiā

de rebus humanis ⁊ iustus est: certe bonos premio afficiet: ⁊ malos puniet. Sed hoc nō videmus fieri in hac vita. Ergo nisi nolum⁹ ꝓuidētiā vel iustitiā dei negare: necesse est ponere aliā vitā: in q̄ sint pene impiorum: ⁊ premia iustorum. Quod si ita est debemus q̄rere placere deo ꝑ bonā vitam. Cum autē nulla sit vita melior q̄ christiana: certe nō debemus aliā regionē querere: vt recte viuam⁹ ⁊ placeamus deo. Non enī potest talis vita sine premio esse: nec priuari beatitudine sua alioquin nulla hominum vita ad beatitudinē ꝑueniet. Vita enī xp̄ianoꝝ ostēdit deū habere de ipsis singularē prouidentiā. Et ideo si fides christianoꝝ nō esset vera: ꝑfecto nec vita eorū depēderet ab ea: nec deus ꝑmitteret eos viuere in tanto errore: qui illuminat bonos ⁊ rectos corde malos aūt ⁊ ipios excecat et indurat. Si ergo hec ita se hn̄t credamus in Christū: et xp̄iane viuamus quia sic perire nō poterimus: ⁊ beati erim⁹ in hoc sclō ⁊ in futuro: vt ex supiorib⁹ manifeste apparet.

¶ Postq̄ ergo per hanc primā considerationē se liberauerit aliquis ad christianā vitā peruenire: secundū preceptū est consideratio eius: in quo consistit essentialiter vita christiana q̄ est gratia gratū faciens: vt superius ꝓbatū est. Quidā enī dum viuere xp̄iane volunt: statim se ad cerimonias cōuertunt: ⁊ tūc se christiane viuere arbitrantur: cū illas exterius opere implēt. Et ideo multi euanuerūt in cogitationibus suis. Dicētes enī se esse xp̄ianos ⁊ mētiētes. stulti ⁊ tepidi facti sunt ⁊ superbi. Quia hoīes vident que foris sunt ⁊ laudāt. Deus autem intuetur cor: ⁊ talibus dicit. Vos estis qui iustifica=

tis vos corã hoibus. Deus aũt nouit corda vestra quia qđ hoibus altũ est: abominatio est ante deum. Qui vult ergo xp̃iane viuere: totis viribus contendat ad dei gratiã puenire. Nec cesset: donec per manifestas cõiecturas se eã habere credat. Quia autẽ gratia datur mediãtib' sacramẽtis: nisi ab indispositione interiori impediat: debet hõ qui vult eẽ xp̃ianus: se ad sacramẽta dispositione pfecta pparare: vt verbi grã si infidelis est nõ baptizatus: dz fide nõ simulata cũ intẽtione recta sacramẽtũ baptismi suscipere. Si aũt xp̃ianus est: sed pctis inuolutus: dz cũ vera cõtritione ⁊ ꝯfessione pura ⁊ satisfactione perfecta sacramẽto penitẽtie se subijcere: ⁊ ad sacramentũ eucharistie deuote se pparare. Et tam diu in hoc persistere donec possit verisimiliter conijcere se gratiã dei habere. Maxime aũt cõiecture ꝙ homo sit in gratia dei: in incipiẽtibus he quidẽ esse videnẽ videlicet displicẽtia magna pteritoꝝ peccatoꝝ cuꝫ firmo pposito nũꝙ amplius ad ea reuertẽdi. Deinde ppositum firmum bñ viuendi scđm precepta dei et secundũ statum in quo est. Tertio delectatio rerum diuinarũ ⁊ bonorũ operum ⁊ contẽptus huius seculi rerũqꝫ terrenarum. Quarto desideriũ vite futtre ⁊ odium psentis. ¶ Postꝙ ergo se quis xp̃ianum esse p hec signa cognouerit: scire debꝫ ꝙ in via Dei non proficere est deficere. Proficit aũt in vita christiana q̃ quotidie vel auget grãm ⁊ feruorẽ vel magis ac magis eã virtutesqꝫ confirmat. Maxime autẽ hoc fit p continuas orõnes: vt fuit probatum supius: quas nullus habere poterit nisi simplicitatẽ cordis cũ simplicitate rerũ exterioꝝ et abiectiõe

superflui possederit. Et ideo necesse est: vt qui christia ne vult viuere scdm statu: in quo semp costituit per manere simpliciter viuas ti: iuxta ea que determinata sunt supius. Ita vt quantu fieri pot semp sit rebus diuinis intetus: videlz vel charitati dei p orationem et cetera que pertinet ad cultum religionis xpiane: vel charitati pximi per opa misericordie spualis vel corporalis siue in domo ppria siue in aliena. Quia vero difficile esset et quasi impossibile vnicuiqz dari posse ppria documeta propter diuersas coditiões hoim et diuersos status eoz: hortor eum qui cupit xpiane viuere: qrere patre aliquem spiritualem: qui et experientia et doctrina sciat ipm in oibus dirigere. Et scdm eius consiliu omnia faciat: maxime spiritualia. Videat autem ne incidat in manus tepidoru: qui speciez quidem pietatis habet: virtutem vero eius abnegauerunt. Sz forte videbit alicui difficile posse tepidos et hypocritas vitare: qui speciem sanctitatis hnt: cuz solus deus sit scrutator cordis: et dictuz sit hoibus. A fructibus eoz cognoscetis eos: qui in huiusmodi tepidis et hypocritis apparere videntur. Sz re vera hoc non erit difficile volenti recte ambulare: cu scriptuz sit: Exortuz est in tenebris lumen rectis corde Et iteru. Unctio docebit vos de omibus. In rebus eni naturalib9 ea que habet diuersas formas: non possunt in oibus couenire: presertim si forme in aliquo sint contrarie. Forme autem tepidi et veri xpiani habet 9rietatem adinuice: quia Christianus querit gloriam dei: tepidus autem gloriam propriam. Et ideo no poterit tepidus in oibus couenire cu vero xpiano. Ex quo sequitur qz tepid9 no poterit latere feruentem

et rectū corde: presertim si diu conuersetur cū eo maxi me vnctione spūs sancti (vt dictū est) ipm illuminā te. Cum ergo inuenerit eū patrem quē elegerat te pidum esse sine qua si a facie colubri fugiat mora il lum dicēte Salomone. Qui cū sapientibus gradit sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. Inuē to aūt patre spirituali: oīa secreta cordis sui denu dēt ei: sepius simpliciter ei cōfitendo pctā sua: et se cundū consiliū eius sepe cōmunicādo: quia vt dictū est inter cerimonialia sacramētū confessionis et cōmu nionis sunt pcipua ad gratiā causandā: augēdā: et cōseruandā. Et ideo debet quilibet xpianus se ido neū exhibere ad hec sacramēta deuote frequētāda ¶ Postq̄ aūt quis effectus est christianus: et xpia ne viuere contēdit. Tertiū preceptū est vt conside ret q̄ oportet nos p multas tribulationes introire in regnū dei. In religione eīn xpiana dicimus q̄ be ne viuere est bene facere: et mala pati: et sic pseuera re vsq̄ ad mortē. Qui ergo incipit christiane viuere debet ad se tētationes et tribulationes preparare. iuxta illud. Fili accedēs ad seruitutē dei sta in timo re et prepara aīam tuā ad tentationē: quia tela preui sa minus feriūt. Ut aūt eas possit facilius tolerare Primū debet sepe secū aīo reuoluere labores et pas siones xpi et sanctorum eius tā in nouo q̄ in veteri te stamento: et frequēter legere historias sanctorum et eo rum vitas. quia sicut dicit apostolus. Quecūq̄ scri pta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. vt per pa tientiā et cōsolationē scripturarum spem habeamus. Secundo sepe imo quasi semp ante oculos habere breuitatē vite pñtis: et ppetuitatem vite future: vi

delicet gloriam eternã ⁊ penas eternas. Cum enim necesse sit hoc tempus breue transire: ⁊ ad alterum de huiusmodi terminis peruenire. Si quis hoc fixe et subtiliter pensauerit: tribulationes huius mundi pro nihilo habebit: vt penas eternas inferni euadat: ⁊ ad celestis patrie gloriã perueniat sempiternam. Tertio cogitare debꝫ ꝙ deus maxima premia preparauit his qui pro suo amore tentationes ⁊ persecutiones sustinuerint: sicut scriptũ est. Nõ oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Qui ergo hoc pensauerit: tribulationes nõ timebit: sed cũ apostolo clamabit. Nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriã: que reuelabitur in nobis per gratiam Jesu Christi cui cum patre ⁊ spiritusancto est honor ⁊ imperium per infinita secula seculorum Amen.

¶ Ad laudem omnipotentis dei ac beate virginis: ac omniũ sanctorũ: Salutemq; christi fidelium impressum est hoc opus Parrhisiis in chalcographia Ascensiana Ad Sextũ Calẽdas Junias Anni salutis. M.D.XI. ad calculum Romanum.

Deo gratias.